spicam nardi cum eis. ¶ Item radix iringozuz cuz aqua mellis potata: vel cum pigmento optima est in colica et iliaca: sed betbonica plus valet in iliaca. ¶ Item cinis caulium combustoꝝ cum assungia mixtus dolorem ventris lateris renum tollit. ¶ Item puluis corralli cuz aqua pluuiali bibitus dolorẽ stomaci ⁊ ventris tollit: ⁊ est optimus in iliaca. ¶ Itẽ idroleon missum per inferius in clisteri optime remollit ⁊ fit de. xij. partib⁹ aque ⁊ 3ª olei coci vsq; ad aque consumptionem. ¶ Item emplastrũ de lapacio acuto est optimuz in colica ⁊ iliaca. ¶ Idem facit de nasturcio aquatico ⁊ macedonico rutba paritaria cimino ⁊ marrubio simul coctis. ¶ Notanduz q̃ in iliaca ponantur ista super vmbilicum ⁊ in colica sub eo. ¶ Itez in iliaca detur diaturbith vel pillule de. z. xx. turbith ⁊. z. x. cinçiberis ⁊. z. xxx. çuccari ⁊ curat. ¶ Itẽ. z. y. diatessaron cum decoctione gari. potui tribue patienti sedenti in balneo ⁊ statim tribuit iliaco iuuamentum. ¶ Item ventose valent sine scarificatione ⁊ vesica enea cum rerũ diuretricarũ decoctione in vtroq; morbo: ⁊ in causa calida valz post purgationẽ. ¶ Item succus quinquefoly ad duo coclearia bibitus statim dolores istos tollit. ¶ Itez. z. i. puleris sene vel puleris gualtery datⁿ a p̃ncipio prestat remedium colico. ¶ Idem facit. z. i. tartari vel attramẽti ⁊ plus fm tolerantiam patientis. ¶ Item pillule facte de çinçi. ⁊ serapino soluunt iliacaz ⁊ colicã. Unde breuiter q̃ soluunt colicã soluunt iliacam: nisi q̃ in colica plus valẽt clisteria: ꝫ in iliaca plus data per os: lz vtraq; valeãt vtrobiq. ¶ Sed quãdo apostema est in cã istozũ morboꝝ. s. colice ⁊ iliace: tunc in causa cal'a incipiat a flobotomia basilice si fuerit virtus fortis: ⁊ alia particularia cõueniant. Si vo in colica ex apostemate retineat vrina flobotometur de sapbena post de basilica. ¶ Deide fiant emplastra que dicta sunt in colica calida ⁊ eadẽ clisteria ⁊ suppositoria. ⁊ addat clisteri radix albee ⁊ malue ⁊ semen lini ⁊ vnctiões predicte. ¶ Deinde fiat euacuatio talis. ℞. catartici iperialis electuary de succo rof. diaprunis laxatiui. añ. z. i. ß. conficiant ⁊ dent. ¶ Aut. ℞. electuary de succo ro. z. ß. ierepigre. z. i. confice ⁊ detur. ¶ Aly dant potuz aque calide ⁊ loco superponunt succum solatri cum malua mẽtha aceto rof. ⁊ melle ⁊ farina tritici: vel cum pulte tritici: Tamen si dolor sit vehemẽs ⁊ punctura: tunc det semen portulace lactuce cum mucillagine psily ⁊ modico apy ⁊ totum sit ad moduz auellane. ⁊ boc in accessione. ¶ Deinde fiat emplm. ℞. violarũ. z. iij. decoquant in aqua postea colentur. deinde addat decoctioni farine ordei. lib. i. adipis anseris galline cimini recentis. añ. ℥. y. olei violati ℥. i. ex bis oibus fiat emplm: ⁊ ponatur super locuz apostematis calidi. ¶ Deinde in amotione emplastri vngat cũ oleo rosato ⁊ reponat emplastruz. ¶ Deinde in alia amotione vngatur cum oleo de camomilla ⁊ reponat emplz. ¶ Sz in apate frigido facto clisteri mollificatiuo: ⁊ post acuto detur deinde ierapigra aut benedicta cũ aqua cal'a aut vino in parua q̃titate. est enim salutiferũ. ¶ Deinde venter vngatur cuz isto. ℞. olei laurini. quar. i. olei de oliuis. quar. i. adipis anseris olei de lilio. añ. q̃r. ß. oia simul ĩcorporẽtur: ⁊ fiat inunctio. ¶ Deinde fiat emplastruz sic. sumat vini albi. q̃r. i. bulliat in catia: ⁊ ipso bulliẽte addatur lib. ß. farine fenugreci adipis anseris. z. i. olei violati ⁊ camomille. añ. ℥. i. incorporent cũ dicto vino: ⁊ fiat emplastruz super locũ apatis. s. vbi est tumor ⁊ dolor ⁊ grauitas. ¶ Et si dolor remãserit: tunc. ℞. anisi cimini maratri. añ. z. i. puluis istoꝝ cõficiatur in sartagine cũ vitellis ouozuz in modũ emplastri: ⁊ ponat sup foramen vmbilici in iliaca ⁊ sub eo in colica. ¶ Uel sic. vinũ ciminatũ oleuz paxmellis simul coque: ⁊ lana succida intincta loco dolenti calida iponatur ⁊ sepe renouet. ⁊ si dialtea addat erit melius. ¶ Et ad dissolutionẽ apatis frigidi in fine pone diaglon dissolutũ in oleo laurino vel de lilio vl nardino: ⁊ fiãt illa que dicebant p̃us de apostemate. Ista sunt cõia colice ⁊ iliace. ¶ Medicine simplices ibi valentes sunt maiorana rutba cardamomũ ameos sene castoreũ: ⁊ hec valent inferⁿ in colica ⁊ iliaca. Sz super locum ebulus filix ysopus pulegium oziganũ diptbamus saluia camomilla. ¶ Si sit iliaca ex abstinẽtia dentur cibi vnctuosi ⁊ mica panis in iure pingui tincta ⁊ carne pingui. ¶ Si sit ex ruptura intestinoꝝ reducant ad locũ suuz patiente iacente resupino. ⁊ ligetur. ⁊ ligatura remaneat sic per. 40. dies si sit possibile. ⁊ cuz suppositorio laxet. ⁊ hoc est cõe hernie: vt videbitur in 3º huius. ¶ Et si sit ex veneno cito apparebit cura que dicetur in sequenti tractatu.

¶ De lapide renum ⁊ vesice. Capl'm XXI.

Apis est morbⁿ officialis in numero addito preter naturaz: sicut dicit Auic. fen. zª. p̃mi li. ca. 3º. ¶ Notandũ q̃ ppte illa suba lapidis nõ est morbus: qz morbus est qualitas: vt pz per Auic. fen zª. p̃mi lib. ca. p̃. de morbo ⁊ 3º. Sed illa opilatio quã facit in meatu vrine vl alterius loci est morbus: tñ a cã denoiatur qz opilatio illa vocat lapis ad drñtiã illarũ opilationuz humoraliũ. Uel põt dici q̃ est morbus in numero. i. faciens peccatũ in numero: qz sunt ibi plura q̃ debent esse opationẽ mẽbri officialis impediẽtia. Ita q̃ p̃mo peccatũ est ꝓtra membruz officiale rõne ꝓpositionis nõ rõne ꝓplonis: qz si membrũ officiale peccet rõne ꝓplonis dz dici morbus cõsimilis: ꝫ si peccet pº cõtra ꝓpositionẽ: tunc est officialis. ¶ Est igit lapis materia indurata in vys ⁊ meatibⁿ membri officialis opationẽ ĩpediens ⁊ ꝓpositionẽ ledens: fm q̃ in diuersis mẽbris diuersam operationẽ ledit. Sz hic loquor specialiter de lapide renũ ⁊ vesice: q̃uis possit alibi eẽ in corpore fere in oi cõcauitate: sicẽ Hal'. explicat p̃ interioꝝ. qui cum tussi expuit lapidẽ. Et ego vidi in ore patris mei sub lingua lapidem ad longitudinẽ medietatis parui digiti: ⁊ adherebat palato inferiori: quẽ ego mõstraui in scholis ⁊ mecũ adhuc porto. citius curã ego feci per gargarismata ⁊ lotiones oris: ⁊ cũ cultello tenui extraxi. Et sola saxifragia cũ melle ⁊ ysopo in aqua fecit mihi bonorẽ infinitum. Tamẽ in p̃ncipio nesciui quid fozet: ꝫ duriciem ibi inueni ⁊ credidi fuisse apa: sed qz dilexit fructus ⁊ lacticinia ol tẽpore vite sue ⁊ fuit colericus: cõiecturaui ibi esse lapidẽ ex mã viscosa ⁊ a lacticinys generatuz ⁊ a cõplexionis calore adustum qui est causa lapidis.

Cause. Cãe lapidis sunt multe. mãlis ⁊ efficiẽs. Materialis duplex. ppinqua ⁊ remota. Et ideo dicit Auicẽ. q̃ materia lapidis habet duas causas. materiã materie ⁊ retentionem materie. 3º cañ. fen 16ª. vbi loquitur de lapide renuz: quia in fen sequenti loquitur de lapide vesice. ¶ Materia materie sunt cibi grossi et viscosi: vt lac caseus carnes grosse carnes paludestriuz: caro vaccina ⁊ bircina ⁊ ferina: ⁊ omnes cibi difficilis digestionis. ⁊ qui generant humorem grossum ⁊ viscosum: sicut sunt anguille ⁊ pisces bestiales ⁊ panis açimus ⁊ fabe ⁊ pise et frumentatum panis pastillozum ⁊ artocree. retentio vrine ⁊ spermatis postq̃ sit in via eundi. potus turbidus ⁊ nouus equitatio fortis ⁊ quilibet motus fortis super cibum ⁊ coitus statim post cibum. repletio multa ⁊ vigilie multe sequentes: ⁊ ideo indigestio ⁊ humoruz cruditas ⁊ opilatio ⁊ debilitas virtutis expulsiue sunt cause intrinsece: ⁊ quasi proxime. Unde versus.

Multa superfluitas viscus strictura viarum.
Debilis expellens virtus lapidem faciunt hec.

¶ Similiter causam lapidis ponit Hal. 3ª particula affo. cõmẽto 27º vbi dicit. q̃ lithiasis est morbus ꝓprius pueris. i. lapis vesice. sicut enim nefresis est passio renũ: ita lithiasis est passio vesice: ⁊ ꝓprie lapis ibidem. Cuius causa mãlis. dicit Hal. sunt humores crudi ⁊ multi generati ex eorum gulositate qui ingrossescunt in vesica eorũ cuꝫ vrina ⁊ inde fit materia lapidis. cuius efficiens est calor eorũ qui in multis mãm mollem coagulat ⁊ in petrã indurat. hec ille. ¶ Retentor materie est debilitas vtutis expulsiue in renibꝰ ⁊ vesica vnde superfluitates retinenꝯ: ⁊ tũc caliditas agens in mãm clausam ex opilatione vel putredine vel ex labore vel calefactione harenam facit de illa materia. ⁊ rõne pinguedinis vel frigiditatis supueniẽtis cõglutinantur ille harene simul ⁊ faciunt lapides. ¶ Ulterius notandum q̃ lapis renũ ⁊ vesice differũt ꝓm q̃ dicit Haly 3ª ꝓticula tegni. cõmento. 138. in cõmento illius. Que vo ex lapide circa vesicã: qꝫ lapis renum est minor ⁊ subtilior ⁊ magis declinãs ad rubedinẽ ⁊ forma eiꝰ rotundior q̃ lapis vesice. Et ille q ẽ in vesica ẽ maior ⁊ durior ⁊ decliuior ad albedinẽ vel nigredines vel citrinitatem. Et ille qui est in renibus cum dantur medicine lapidis exit cum vrina. lapis vesice nõ sic nisi raro. ⁊ ideo indiget medicina trãsportãte eũ de loco suo. ſ. ab orificio vesice vsq̃ ad ꝓfundũ ne impediat exitum vrine: sicut innuit Hal. ⁊ Haly ibidem ⁊ minor lapis vesice est maior maximo lapide renũ. ¶ Ulterius notandũ q̃ ille cui accidit plurimũ lapis renũ vtplurimũ est pinguis ⁊ senex ꝓpter debilitatem virtutis expulsiue ad distãtiã remotam: ⁊ qꝫ in pingui meatus sunt stricti rõne pinguedinis opilantis: ſz in sene ꝓpter frigiditatẽ coartantẽ. Sed in macilẽtis ⁊ pueris ⁊ iuuenibus frequentius accidit lapis in vesica: qꝫ expulsiua exrãs fortior expellit longius: ⁊ qꝫ humores sunt in pueris ⁊ iuuenibꝰ subtiliores ⁊ sunt ipsi etiam calidiores. ideo meatus sunt magis aperti ⁊ plus per ꝓrãs penetrat ad vesicam q̃ per meatus strictos. ¶ Et hic est vlterius notandum q̃ parum accidit puellis ⁊ mulieribꝰ lapis in vesica: qꝫ meatus vesice earũ ad exteriora est breuior ⁊ latior et paucoꝫ anfractuum: ⁊ in breui est de facili expulsiuus: qõ non est in viro. ⁊ tamẽ vidi lapidem extractum a muliere ita magnũ fere sicut ouũ galline ⁊ cum barenula alba. ⁊ vidi in quibusdã harenam rubeam venientẽ a lapide renũ in eis cõminuto. tamen hoc est raro.

Signa. Signa lapidis a parte vrine sunt vrina karopos. remissa in colore. grossa in substantia. habens sedimẽ harenosum rubeũ in ifima regione. talis vrina lapidem renum significat. Et si sedimen sit album harenosum vel cinerosum lapidem vesice significat. Unde Egidius ponit hos versus.

Renum vesice lapidem testantur harene:
Renum si rubee: vesice si magis albe.
Emula contenti fit forma suo retinenti.

¶ Tamen nõ semp est vrina grossa in lapide renũ ſz in ꝑncipio qũ est in gnãri: qꝫ post subtiliaꝯ grosso remanẽte interius ⁊ ꝓdensato in lapidẽ. ⁊ iõ dicit Auic. 3º cañ. fen 16ª. Ois vrina i qua est plurimꝰ humor est dignior vt ex eo generetꝯ lapis. ⁊ maxime cũ ille humor sit talis ex quo generaꝯ sal ꝓpter terrestreitatẽ eiꝰ vel ꝓpter eiꝰ adustionẽ calidi agẽtis. Et ꝓpter talẽ calorẽ est vrina pueri pluris salis q̃ vrina senũ: vt dicit ibi. ⁊ iõ sunt vrine eorũ turbide ꝓpter multitudinẽ ꝑmixtiõis istorũ ⁊ ꝓpter raritatẽ corporis. ⁊ iõ resoluitur ab eis plurimũ aquositatis resolone occulta. ⁊ iõ qꝫ in hyeme ꝓpedit resolo talis ꝓpter clausionẽ poroꝝ: iõ est vrina tũc feculentior: vt dicit Ha. vẽtres hyeme ⁊ vere ⁊c. ¶ Hic notandũ q̃ nõ semp harenula in vrina arguit lapidem: qꝫ in patientibꝰ duplicẽ tertianã ⁊ simplicem ⁊ viscosos humores habentibus harene rubee apparent ꝓpter dissolutionẽ febrilem. Unde tribus ex causis apparent harene in vrina. vel ex calculo. vel ex arteritica. vel ex longa febre vt est quartana. vel ex febre adurẽte vel ex calore renũ epatis ⁊ arteritica ⁊ humorum indigestione. ⁊ induranꝯ ꝓpter motũ iuncturarum: qꝫ motus est cã caloris. In longa febre vt in ethica ꝓsequẽte ptisim: vbi partes pulmonis deficcanꝯ: vel reuma descendẽs ibidẽ: sic narrat Alexan. de ptisico qui lapidẽ expuit qui generatus fuit in cãnalibus pulmonis ex humorũ indigestione: ⁊ per ꝓrãs ibi harene fuerũt de calculo: vt dcm̃ est. ¶ Sz tamen aliquãdo harene significant lapidem dirimendũ aliquãdo cõfirmandũ aliquãdo cõfirmatũ. Dirimendum sicut si non apparẽtes cõtinue multiplicenꝯ magis ac magis cũ vrina aliq̃liter spissa quousq̃ minus appareãt significãt lapidis diminutionẽ. Sed si ꝑus multis apparentibus quotidie diminuanꝯ magis ac magis significãt lapidem ꝓfirmandũ. Sed quãdo penitus nõ apparent: cũ tm̃ non purgate fuerint significant lapidem confirmatũ maxime quãdo vrina est spissa turbida cum harenis multis ⁊ subito efficitur tenuis cũ dolore illarum partiũ: qꝫ vbi dolor ibi morbus. ¶ Sz si tamẽ vis scire an harene sint lapidose vel non: coletur vrina per mediũ pãni linei: ⁊ tunc inter digitos fricetur. ⁊ si cedant tactui vel dissoluanꝯ facillime ⁊ euanescant: tũc est a sanguine adusto a calore febrili vel innãli. Et si resistant tactui ⁊ sint dure nec de facili euanescant: tunc sunt lapidose. Et si sunt albe grosse: sunt de vesica que alba est ⁊ ibi lapides significãt. Si sint subtiles ⁊ rubee: tunc lapidem in renibus significãt. Sed si sint nigre vel melancolice tunc sunt pessime: qꝫ significant lapidem de melia. Qꝫ si sit magnus: tunc non curaꝯ nisi per incisionẽ. ⁊ non per diuretica nec calida: nec rõne siccitatis in ꝑmis ⁊ rõne frigiditatis in scõis. Aliter enim est de alys lapidibus: vt videbiꝯ. ¶ Alie sunt harene tantum de vno humore cõiter: ſz dominãti humori dominatur calor ⁊ ad calorem illius vergunt: nisi q̃ colerice vergunt ad viriditatem citrinam ꝓpter aquositatem existẽtem in vys vrine. Intelligitur tamẽ q̃ illi in quibus vrina multa apparet ⁊ vrina est spissa raro incurrunt lapidẽ. si tamen incurrant durior erit inter alios. ¶ Signa lapidis in renibus sunt dolor vehemens in spina dorsi ⁊ in anchis. ⁊ videbiꝯ sibi q̃ continue pungatur. ⁊ descendit aliquãdo ad inferiora. ⁊ vrina est in ꝑmis grossa: deinde mutatur ad citrinitatem. ⁊ quãdo vrina est valde clara ⁊ assi due clara ⁊ paucitas sediminis: tunc lapis est durior ⁊ harene sunt rubee. ¶ Signa vero motus lapidis sũt grauitas dolor ⁊ eius vehemẽtia ⁊ descendentia a renibus eiꝰ vsq̃ ad inguina ⁊ emũctoria: ⁊ tunc lapis puenit ad meatum vesice ⁊ quiescit dolor cum lapis est in vesica et exit vrina paulatim ⁊ cũ ardore ⁊ patitur dolorem in anchis. ⁊ est dolor in testiculo dextro si lapis sit in rene dextro. et in sinistro si lapis est in sinistro rene. ⁊ dolor renum est cũ dormitatione pedum illius lateris. ¶ Ex istis patent signa lapidis vesice quia quãdo lapis est ibi tunc est dolor pectinis ⁊ peritoneon ⁊ semper appetunt mingere ⁊ mingunt cum difficultate. ⁊ cum mingunt appetunt assellare ⁊ venit tenasmõ ⁊ exit anus ⁊ in capite virge est dolor intolerabilis ⁊ illam partem tenent frequenter in manibus: sed pueri habent pruritum cum hoc in radice virge ⁊ coguntur fricare radicem virge ⁊ virga frequenter erigitur propter calorem ⁊ spiritus ibi venientes ratione doloris in loco. ¶ Sed in lapide renum est vnum speciale: quia cum incedunt appodiant se ad aliquid ex parte illa in qua est lapis: quia illa pars opilata est a lapide: et ideo spiritus prohibentur descendere ⁊ est quasi membri sup-

posti dormitatio ⁊ ita q̃dam paleticatio: ⁊ est per ꝓnis debilitatio maxia: iō oz appodiare ne illa ꝑs deficiat.

Pronostica. Pronosticatio est q̃ lapis renum ⁊ vesice est morb⁹ hereditari⁹ fm Aui. ¶ Itez dolor ex lapide aliqñ interpolat aliquādo plus aliqñ minus. Unde quidaz hñt exitus lapidis de mense ad mensez vt illi qui vtunt̃ cibis grossis ⁊ viscosis ⁊ multus sedent ⁊ sunt cōplexionalr colerici ⁊ aliq̃liter carnosi. ⁊ tunc qñ egreditur aduenit q̃si colica. Et cōiter ī lapide vesice fit colica: qz colon iacet iuxta collum vsice. Sed ex lapide in renib⁹ frequēter fit iliaca. vnde cum magnificatur valde lapis: ⁊ calor renū multum excedit a medio desiccant̃ feces que sunt in ileon. qz hoc intestinū iacet aliqualiter sub renibus declinās ad latera. sed in quibusdam interpolat per annum sicut in macilētis: qui aliqñ vtunt̃ grossis cibis ⁊ lacticinys ⁊ laborant frequenter ⁊ in ꝓsimilibus. ¶ Itē ex lapide vesice fit stranguria. ¶ Item qñ lapis in vesica est parvus ponit se in via vrine ⁊ est peior q̃ magnus ⁊ īducit dolorem intolerabilem. sed magnus non intrat meatū vesice: ⁊ iō minus ledit opationem mingendi. in se tñ ē peior ad curandū: sed est min⁹ dolorosus. Econuerso in renibus q̃to maior tāto peior. ⁊ similiter in vesica quāto maior est dumtñ non possit intrare forame virge tanto peior. aliter nō vt dictū est. ¶ Item lapis frequēter apostemat rōne doloris ⁊ oppilationis. rōne doloris vesice alleuiat dolorem lapidis: qz duoꝝ doloꝝ maior denigrat reliquū. ¶ Item dignior pueroꝝ vt in eo generatur lapis est ille qui est sicce nāe fm plurimum ⁊ calidi stomaci nisi ꝑ attractionē hūiditatis ad epar: deinde ad mēbrū vrine. ¶ Item nefretici vltra. 40. annos nō sanātur: dic 3ª particula affo. affo. 68. ita nec lapis renū in senibus etatl hūficio. vt dr ibi in ꝓmēto ⁊ 6ª pti ª affo. Nefretici ⁊ circa vesicam dolores laboriose sanant̃ in senibus. ⁊ 7ª pti ª affo. Quib⁹ in vrinis āpulle magne supernatāt nefreticā significāt ⁊ longā egritudinez.

Cura. Cura lapidis renus duplex est. s. gnālis ⁊ spālis. Generalis est abscisio māe lapidis ⁊ ꝓhibitio generationis māe ⁊ rectificatio cause eius. deide mollificatio ⁊ fractio ei⁹ ⁊ eradicatio ab ei⁹ suspensorio ⁊ extractio ⁊ subtiliatio cū medicinis vrinā ꝓuocātib⁹ deforis adiuuātib⁹. deinde doloris sedatio. nō ilioꝝ incisio ⁊ dorsi: qz hoc ē ꝓtra rōnē. ¶ Cura spālis fit ꝑ icisionē cāe mālis. ⁊ hoc fit dupliciter. ꝑ digestionē ⁊ ꝑ materie euacuationem. Per euacuationem duob⁹ modis. vno mō per solutionē vētris. alio mō ꝑ vomitū. ¶ In primis igitur digerat̃ sic. ℞. radicū rafani pitarie saxifragie enule campane rubee maioris feniculi petrosily brusci añ. M. s. saturegie arthemisie pentafilonis scolopendrie isopi calamēti camedreos diptami. M. y. anisi maratri carui ameos milysolis nucleoꝝ cerasoꝝ añ. z. i. cinamomi cassielignee añ. z. y. vuarū passarū mūdatarū seminis malue melonū añ. z. i. s. liquir. q̃r. i. mellis ⁊ zuccari. añ. lib. s. vini albi lib. i. fiat sirupus optim⁹ cū aqua in qua illa decoquātur ⁊ mane ⁊ sero ad digerēdū māz lapidis ⁊ ad lapidē frāgēdū ⁊ educēdū ⁊ ad dolorē mitigādū quē ego voco sirupū rafaninū q̃ mihi fec̄ ifinitū bonorē in quodā calculo quē aly dimiserūt: ⁊ cū isto solo curaui eū. ¶ Deinde dz mā euacuari cū supposituris ⁊ clisteribus mollificatiuis ⁊ cum vomitu: qz mirabiliter cōfert in ista passione. ⁊ fiat cū rafano qui iacuit in oxymelle diuretico per diem ⁊ noctē. ⁊ tūc fiant de illo rotule ⁊ illas comedat ⁊ cū semīe attriplicis vomat. ¶ Item cū aq̃ calida ⁊ cū pēna posita in gutture. ⁊ ista debent fieri in ꝓncipio ad diuertendū ⁊ ad repletionez minuēdā si sit. ¶ Et laxatiuū nullū accipiat in ꝓncipio nisi lenitiuū. sz facta eūatione minoratiua ⁊ mā digesta tunc fit eūatio sic. ℞. benedicte. z. iy. electuary ducis. z. i. turbit. z. i. estile. ℥. s. zinziberis. z. i. ex his fiant pille ⁊ dentur sero cum vino decoctiōis radicis rafani. qz istō vinū per se mingere facit ⁊ lapidē frangit si frequenter accipiat̃. Sed nō accipiantur diuretica fortia post prādium cito nec corpore existente plectorico qz ducūt materiam ad locū lapidis ⁊ eū augent. Et ideo errāt illi q̃ volunt statim crazeam fortē accipere de aniso maratro miliosol⁹ ⁊ silibus. sed sumant mane vel cibo digesto in stomaco. ¶ Deinde vtant̃ electuario ducis confortatiuo cū modico balsami qz lapidē frangit ⁊ fractū extrahit. ⁊ hoc facit silr amcos fm Aui. ¶ Deinde fiat balneum ieiuno stomaco ad sedandū dolorē ō lapide ⁊ ad remolliendū mām ⁊ fiat in aqua in qua decoquant̃ malua bismalua sebesten viole pitaria mercurialis camomilla folia enule cāpane ⁊ scutella plena fructib⁹ fagi excorticatis. ⁊ si nō habeant̃ accipe semē lini ⁊ fiat vsq̃ ad vmbilicus. ⁊ caue ne aqua attingat cor ⁊ spiritualia. Istud enim balneum sicut satis expert⁹ suz sedat dolorem renū ⁊ vesice fere ex quacūq̃ cā fuerit siue ex lapide siue ⁊ alia q̃cūq̃ sit. vnde versus. Uino bullita nefresim fugat enula cocta. ⁊ tūc supposita. Sed in dolore de lapide vesice cū ꝑdictis ponat̃ morsus galline ⁊ celidonia domestica ⁊ vrtica minor vel area anglica. Et in dolore renū ex lapide valet in balneo rapistrum ⁊ vngula caballina cāpestris q̃ vocat̃ anglice glete ⁊ vrtica mortua. ⁊ quelibet istaꝝ frixa in oleo ꝓfert gutte supemplastrata. ¶ Deide fiat emplastrum super renes ⁊ pectinē. ℞. foly nasturcy aq̃tici foly apy. añ. M. i. pitarie. M. s. pista fortiter cū sepo hircino vel arietino. ⁊ cū fuerit incorporatū in mortario calefac ipsum in patella ⁊ suppone post exitū a balneo ꝓtinue ꝑ tres dies. Iste. n. herbe nasturciū aquaticū apiū pitaria simul ⁊ diuisim vrinam ꝓuocant siue detur decoctio eaꝝ siue emplastrētur. Et contra lapidē valet silr miliū solis herba ⁊ semē faxifragie filopēdula leuisticū macedonicū ⁊ panis porcinus filix artemisia diptamus petrosiliū ⁊ feniculuz. ¶ Deinde fiat vomitus post prandiū cū semine attriplicis vel rafani aut mediani corticū sambuci cū aqua calida ⁊ oleo ⁊ pena galline missa in ore vel cuz digitis. ¶ Deinde detur electuariū tale. ℞. electuary ducis litōtripō nefrocatari filony iustini añ. z. s. diapapaueris simplicis q̃r. i. vtat̃ māe ⁊ sero ⁊ añ prādiū. ¶ Deiñ inūgant̃ renes pectē ⁊ pitoncō cū isto vnguēto. ℞. marciaton agrippe añ. q̃r. i. misceant̃ ⁊ cū axūgia cuniculi vel vulpis acuant̃. ille. n. due axūgie per se vrinā ꝓuocāt ⁊ lapidē frangunt. ¶ Deinde vtat̃ filātropos ⁊ dianiso ⁊ diaris versus noctem qñ ipse nō cenat. ¶ Deinde vtat̃ clisteri mollificatiuo ⁊ vomitu. ¶ Deide iungat̃ pectē cum oleo scorpionū: qō sic fit. ℞. radicū capparis vl corticū ei⁹ aristologie gētiane ciperi añ. z. s. olei costini vel nardini vel amigō. amaraꝝ lib. s. ꝓquassent̃ fortiter ⁊ ī oleo ꝑdicto bullant ⁊ aq̃ vsq̃ ad aque ꝓsumptionē coletur. ⁊ in colatura ꝑdicta ponant̃ sex scorpiones vl scarabei ⁊ ponant̃ in olla coopta ⁊ fortiter lutata: ⁊ ponant̃ in furno vnde exiuit panis ⁊ stet ibi per vnam noctē. et de isto oleo inūgat̃ pectē quottidie bis vel ter. vel lana abluta inūgat̃ in predicto oleo et tepide cōtinue pectini applicet̃. Et qz olea predicta sunt cara ī oleo laurino vel de camomilla ꝑdicta decoquātur: et fiat sicut ꝑus ¶ Unde dicā hic quēdā casum quē ego vidi. Habui vnū calculosuz quē nō potui sanare per longū tp̃s. tandem feci colligi scarabeos multos qui iueniunt̃ in ster-

corib⁹ bouū in estate ⁊ cicadas que cātant ī cāpis.ablatis capitib⁹ ⁊ alis.de cicadis posui illas cū scarabeis in oleo cōi in olla.tūc obturata olla posui hanc in furno in quo fuit tarde panis:⁊ dimisi ibi per diem ⁊ noctē.⁊ extracta tunc olla ad ignē calefeci modicū ⁊ totū sil'cōtrui ⁊ renes ⁊ pectē inunxi:⁊ infra triduuz cessauit dolor: ⁊ lapis cōminutus ⁊ fractus exiuit.Tunc dedi patienti continue mane ⁊ sero in magna quātitate fisticadam ⁊ fisticos sicut si esset panis:qz habent virtutē cōminuendi lapidem. ¶ Item sanguis vulpis inunctus super pectinē lapidem frangit in vesica sicut dicit Cōstantinus 7⁹ practice sue.cuius pbatio est.ponat ibi aliquis lapis p triduū resolueē.⁊ B sū expt⁹.Et ego feci alī desiccari istū sanguinē ī puluerē strangulosis ⁊ calculosis ⁊ curati sunt cū illo. ¶ Item septē vel nouē bacce hedere cuz aqua calida vel vino potui date lapidē vesice frangunt vrinā potēter educunt Fm Cōstantinuz ibidez. ¶ Nota tī q⁹ cicade loco cantaridarum ⁊ scarabei loco scorpionuz possunt poni in oi loco. ¶ Tamen nota q⁹ cura lapidis p illa fortiora diuretica nō debet fieri nisi supposito bono regimine ⁊ bona dieta:⁊ q⁹ corpus non sit plectoricū nec reumaticum:nec nimis extenuatū:⁊ tūc demū fiat. ¶ Cura igit existit ī trib⁹.s.ī dolozis mitigatione ⁊ in preseruatione ⁊ mālē ablatiōe:Et illa tria cōsistunt in euacuatione cū clisteri ⁊ vomitu ⁊ farmacia leui ⁊ in fractione lapidis ⁊ eius eductiōe.Mitigatio dolozis fit sicut dictum est cū balneo ⁊ fomētatiōe de malua bismalua semīe lini ⁊ fenugreci ⁊ semīe malue ⁊ ro. ⁊ camomilla ⁊ cuz emplastro de malua bismalua altea semine lini butiro recēti cū pus dictis. ¶ Preseruatio fit a lapide non comedendo grossa nec aliquas carnes nisi auiū pterq̄z degentiū in aquis.⁊ vtanē vomitu frequenter ⁊ clisteri.⁊ nō iaceāt super dorsum sed sup ventrem:qz hoc est melius q̄z super latus.Utantur aue tremula que ē iuxta aquas quocūqz mō siue assata siue elixata siue puluerizata.⁊ B siue sit recens siue salita.Utātur brodio cicerum rubeorum: ⁊ potent vinum album limphatū cum aqua distillationis rafani:qz illa aq̄ preseruat a lapide. Etāt balnea sulfurea nālia ⁊ artificialia bulliendo sulfur in aqua ⁊ itingat spongia ⁊ pectini applicet. ¶ Materia auferī digerendo ⁊ euacuando:vt dictum est.Tamen in causa calida in estate ⁊ in coleri co digeratur materia sic.℞.radicū brusci apy feniculi. añ.ptē.i.capillorū vener| adiāthos ceterac politrici añ. M.i.q̄tuor seminū frigidorū maiorū ⁊ minorum milly solis nucleorū cerasorū.añ.z.i.liqri.q̄r.i.vuarū passaruz mūdatarū ab arillis q̄r.5.zuccari lib.5.in aq̄ ordei decoquātur ⁊ fiat sirup⁹.de spica nardi ponat.z.i.⁊ tunc erit melius.Et pruna possunt apponi ⁊ cassiafistula ⁊ cartamuz si vis cum hoc laxare.Et vtantur electuario ducis in bona q̄ntitate. ¶ Nota vlterius hic circa quedā que operantur a tota specie cuius sunt saxifragia quasi saxū frangens sed calida valde ē.⁊ ideo flegmaticis valent miliū solis ⁊ nuclei cerasorū.Una trazea facta de nucleis cerasorū milio solis ⁊ liquir.sine pari curat lapidem. Unā q̄dā sūt q̄ valēt lapidi renū ⁊ lapidi vesice sic lapis iudaicus:in quo ponim⁹ lapidē gagatis qui valēt ī vtroq̄z sed plus in lapide renū.Et quedā valēt in lapide vesice ⁊ modicū econtra:sicut lapis extractus per medicinam vel cirurgiam de aliquo frāgit lapidez vesice ⁊ iuuat ad lapidem renū:sed debiliter operat ibi ⁊ sanguis vulpis.Unā illa que opantur a complexione debent esse fortiora in lapide vesice q̄z in lapide renū ⁊ calidiora:qz a tota specie non opant.Similr lapis inuentus in spongia marina frangit lapidē renū.sed in vtrisqz valz auis tragades.i.cauda tremula ⁊ sanguis hircinus:⁊ cinis leporis. ¶ Pro quo sciendū q⁹ hircus antiquus dz nutriri cum herbis diureticis sicut feniculo petro.hedera arborea ordeo saxifragia milio solis betonica.deinde in estate decolletur ⁊ sanguis per frusta desiccetur et pulueriсetur ⁊ detur cum vino albo mane et hora quietis curat ⁊ pseruat. ¶ Itez lepus vnus ītegер ponat in olla in furno calido quousqz assetur in tātū q⁹ possit puluerizari.⁊ tūc de isto detur.z.i.puluеris in exitu a balneo facto de malua paritaria feniculo hedera terrestri vrtica mortua.et detur cū aqua mellis vel cū aqua ordei vel cū aq̄ ciceruz rubeorum. ¶ Deinde detur pinocada:qz pseruat renes ab vlceratione medicinaruz diureticarū fortiū.vel detur diagrediū frigiduz cum puluere leporis.vel det puluis ille cum seminibus frigidis mūdis vel cū semine maluarū vel cum tiriaca in tempore frigido ⁊ homine flegmatico.Unū homo macilent⁹ habēs renes siccos debet cauere a diureticis fortib⁹ ne renes vlcerent.⁊ talis debet vti tali medicina.℞.semis melonū mundatorū.z.5.se.citrulli se.portulace se.cucurbite: se.papaueris albi añ.z.iy.semis iusgami albi.z.y.panis zuccari ad pōdus oīuz ꝯmisceantur simul.⁊ fiat trazea optima ꝯtra renū vlcerationez et ecōtra ardorē vrine. ¶ Ulteri⁹ notandū q⁹ cinis scorpionū frangit lapidē.⁊ sil'r vitrū albū cōbustū:vt dicit Haly.in 3ª pti ª tegni.cōmento.i38.Et debēt scorpiones vel scarabei loco illorū poni in olla terrea pua stricti orificij bñ obturata q̄ ponat in furno vbi sit ignis leuis et stet ibi.p.vi.horas.tūc extrahatur et fiat puluis et cū vino ī quo coquat radix bardane.i.lappe iuerse bñ mūdate in q̄tuor ptes prius scissa det pōdus triū granorū vel.z.5. Sed cicadas vel cācros nō est securū dare vt ponit Hal.4ª pti ª regimis acutorū.ꝯmento penultimo.lz ipse ducāt alias medicinas ad locum lapidis:qz locū vlcerant et vesicam.Dic Aui.3° cañ.de vitro albo subtili ꝯbusto puluerizato detur pōdus.z.5.cū vino albo vel cum aq̄ ordei in tpe calido.⁊ est optimū cū vino lapidi vesice ⁊ renum:vt ponit Auic.2° cañ.c.de vitro.⁊ hec ego exptus sum frequēter. sed non dico patientibus de quo fit ille puluis:qz nō curarent.⁊ dicerent q⁹ hō vellet iterficere ipsos:cū vitro sicut canes etiam interficiunt.Sed decepti sunt:qz vitruz non interficit canes nisi qz canes accipiūt vitrum integrū cum pinguedine aliqua:⁊ tunc stans in gutture non pōt exire.si enim esset puluerizatuz nō noceret eis nisi desiccando aliqualiter.Sed hominib⁹ debet dari vitruz subtile clarum mūdum combustuz puluerizatū subtilissime ⁊ cuz zuccaro dulcorātū ne desiccet nimis. Et vtātur oēs isti oximelle diuretico ī hyeme ⁊ oxizaccara composita in estate.vel sirupo acetoso de seminib⁹ ⁊ radicibus diureticis.⁊ Fz hoc iuuas vt mā magis ppa retur ad expulsionē. ¶ Item gūmi arabicū dragātum amidum semina frigida ⁊ liquir.ponantur cum diureticis ne vlcerent vt dictum est.et detur stercus galli cū vino distemperatum ⁊ inde colatum. Similiter sterc⁹ columbaruz vel decoctio dauci cretici et petrosily macedonici et paritarie in ceruisia vel vino vel aqua frequenter data pauperes curat.et dentur illa post remollitionem materie et in balneo plus valebunt. ¶ Item accipere ad pauperes qualibet die succi artemisie medium cifum plenuz prius modicum disputatum:et infra tres dies lapidem frangit:et sicut harenam exire facit.Et de herba puluerizata detur in hyeme quottidie ad pōdus.z.i. ¶ Itē medicina que non fallit:Accipe seminis petrosily portulace seminis leuistici ana.cochlearia duo.de sanguine hirci cochlearia duo:et hoc desicca-

to. de puluere pellis recentis lepoꝛis capti luna existente in augmento super lapidem marmoꝛeum puluerizatum: succari coclearia tria cum vino bono bibat in nomine domini in balneo facto ex iunipero vel lauro vel paritaria. ¶ De lapide vesice sciēdū ꝙ aliquādo sunt duo lapides in vesica vna: ⁊ tunc difficile est valde curare: qꝛ extracto vel fracto vno alter moꝛatur ⁊ exit cuꝫ barenositate fex furfurea: ⁊ aliquādo dubitaꝯ de lapide vesice. ¶ Et ideo ad lapidem ꝓbandus ibi esse resupinetur lapidosus ⁊ eleuentur anche eius ⁊ intromittatur digitus per anus ⁊ cōcutiatur. et si remouetur lapis a meatu intelligitur lapis esse in vesica. ¶ Et est istud remediū quādo lapis ꝓpedit operationem mingendi: amouere ipsuꝫ a loco illo per impositionem digiti in ano ⁊ permutare ipsum ad locū aliū. vel caput patientis deprimatur ⁊ pedes ⁊ anche eleuentur ⁊ concutiatur corpus hinc inde vt lapis a via vrine remoueatur ⁊ locus fricetur bene. ⁊ hoc iuuat ad hoc. Vel cuꝫ siringa a loco remoueatur vel cum costa caulis vel malne intincta in oleo scoꝛpionum vel de vino raffani vel aq̄ eius per siringam inꝑciatur. ¶ Aliter ꝓbatur lapidem esse in vesica. accipiatur moꝛsus galline in quātitate magna ⁊ decoquatur in aqua ⁊ ponatur super pectineꝫ ⁊ radiceꝫ virge. ⁊ si doloꝛ tunc augmenteꝯ lapis est in vesica. si vero non augetur: tunc est in renibus. ¶ Aliter ad idē. si medicus faciat foꝛtem compressionē cum manu super pectinem ⁊ eꝛciatur vrina: lapis est in vesica. in cuius cura fiunt illa que dicta sunt. ¶ Si vero illis adhibitis lapis descendat ad locum virge: fiat istud emplastrū expertum ⁊ mirabile. ℞. lapidis spongie. ʒ. i. vitellos ouoꝝ quatuoꝛ olei nardini olei muscellini. aā. ℥. ʒ. decoquātur oua integra in aqua. ⁊ cum fuerint valde decocta accipiantur vitelli ⁊ cum predictis oleis misceantur. ⁊ vltimo addaꝯ puluis lapidis predicti. ⁊ aly addunt lapidem qui inuenitur in felle bouū. ⁊ aly filicem. ⁊ tota virga de ista emplastretur vsq̄ ad medietatem virge. et statim incidetur lapis ⁊ exibit. ¶ Si igitur lapis fractus fuerit in diuersas partes fiant tenacule subtiles a parte capitis: ⁊ cum illis partes lapidis extrahātur. ¶ Si vero partes lapidis sic non possunt extrahi: incidatur aliquantuluꝫ pellis prepucij: ⁊ sic liberius extrahetur si sit in puero: quia aly nō habent prepucium nisi vel ablatum vel dilatatum nimis.

¶ Si vero post exitum lapidis vrina retineatur vngantur renes ⁊ pectē cū tota virga cū assungia cuniculi ⁊ oleo violato ⁊ nardino ⁊ prouocabitur: vel ponatur pediculus in foꝛamine virge. vel cimex qui vocatur gallice cimise ⁊ fetet cū frangiꝯ ⁊ emittit putoꝛeꝫ: vel pulex ibideꝫ ponaꝯ vel pediculus ouis. ¶ Itē galbanū super caput virge positus emplastratū incōtinenti expellit vrinā. De mātione lapidis in vesica videbiꝯ deo concedente in lib. ʒ°.

Dieta. Dieta sit talis ꝙ caueant sibi isti a superfluo cibo ⁊ potu ⁊ ab omni generante flegma. et a cibis grossis: ⁊ a lacte ⁊ caseo. ⁊ a carnibus auium cum pedibus latis integris. ⁊ a carne vaccina bircina. ⁊ a pinguibus sicut est vēsona caro vel ferina. ⁊ a piscibus fabis anguillis. ⁊ ab omnibus piscibus grossis ⁊ viscosis. ⁊ a cibis in patella frixis. ⁊ a pane nouo ⁊ azimo. ⁊ ab allys ⁊ attriplicibus. ⁊ a fructibus ponticis ⁊ ĩmaturis: sicut sunt pira poma cruda. ⁊ ab omni exercitio multo super repletionē ⁊ super cibum. ⁊ a ceruisia noua vel vino nouo. ⁊ omnib⁹ aquis turbidis. ⁊ a carnibus porcinis recētibus. ⁊ ab ouis duris. ⁊ a piscibus non squamosis. ¶ Modo videndum est quibus possunt vti isti. ſ. exercitio temperato ante prādius potagio de boraginibus feniculo petrosilio origano calamento recenti serpilio vel piretro boꝛtulano patina malua betonica ⁊ similibus. ¶ Carnes accipiant gallinarum caponum fassanoꝝ perdicum ⁊ similia preterq̄ degentia in aquis: quia anseres ⁊ anates non valent eis. Et caro arietina recens ⁊ caro bedulina est bona eis. ⁊ cuniculina ⁊ pisces habentes squamas valent: aly non. Potēt vinum subtile album: ⁊ non super cibum nisi paucuꝫ valde. Utātur gar̄. ⁊ antesil ⁊ cinamomo ⁊ petro. ⁊ pipere saxifragia in salsamentis suis. Et de tertio in tertium accipiant gūmi cerasoꝝum in vino bono mane: quia lapidem frangit ⁊ educit. Et hec dicunt aliqui de gūmi prunoꝝuꝫ: sed non est verū. valet tamen sed nō tātuꝫ quantū aliud. Utantur ʒinʒib. condito ⁊ radice iringoꝝum conditoꝝuꝫ: quia optimi sunt. ¶ Experimenta mea sunt vesica porci ⁊ maxime apri cum tota vrina collecta. et vrina ista cum tanto vino quāta est ipsa potetur ⁊ vesica ista desiccetur ⁊ puluerizetur ⁊ detur patienti: quia lapidem in renibus ⁊ vesica frangit ⁊ educit ex ambobus: vt dicit Auic. in secundo. ⁊ ego expertus sum. ¶ Item bacce lauri cuꝫ vino frangunt lapidem ⁊ educunt ⁊ curant idropisim. ¶ Iteꝫ lapis humanus datus potui mane lapideꝫ frangit ⁊ educit. ¶ Item sanguis menstrualis desiccatus ⁊ potui datus lapidem frangit. ⁊ cuꝫ isto vna mulier curauit distemperatos a medicina a qua habui ibi pro secreto maximo. ⁊ dedit cum vino foꝛti. Et huius confirmatio est: quia sanguis menstruus cum aceto cristalluꝫ dissoluit. Et Alphin qui ponit ꝙ sanguis bircinus ⁊ asininus ⁊ anserinus cum aceto mixtus leui igne coctus gēmas impositas ⁊ vitruꝫ mollificant vt ad libitum possint incidi. Et dicit Albertus ꝙ si sanguis birci cum aceto ⁊ succo absinthij simul in vitro bulliant reddit vitrum molle ad moduꝫ paste ⁊ poterit proꝑci ad murum ꝙ non frangetur. ¶ Iteꝫ abꝛotanum vrinam prouocat ⁊ lapidē in renibus ⁊ vesica frāgit in potu datum vel emplastratum. ¶ Item feniculus porcinus idem facit. ¶ Iteꝫ ciperus optime lapidē rumpit ⁊ extrahit. sed minus est in vsu quia adurēdo generat lepꝛam. Similiter saxifragia est calida valde. ⁊ ideo non debet accipi in nimio vsu. ¶ Item nota ꝙ medicinis lapidis miscende sunt medicine ducentes ad locum sicut piper cinamomum calamentuꝫ spica. Et dicit Auicen. ꝙ medicine extrahentes lapidem sunt daucus siseleos assarum acoꝛus ameos fenugrecum squinantū carui. ¶ Doloꝛem mitigantia sunt nuces ⁊ auellane semen lini ⁊ mucillago eius. semē altee. capilli veneris. virga pastoꝛis scolopendria eupatoꝛium pulegium radix tribuli et fructus eius. ⁊ radix tamarisci prouocat ⁊ mitigat. Et ego dico ꝙ lapis inuentus in spongia frequenter datus curat. Et ad vltimum detur metridatum ⁊ tyriaca recens diarodon iulij quia optima sunt. ⁊ balsamum cum eis positum operationem felicitat. ⁊ istud pro diuitibus. ¶ Item carpobalsamum cum aqua raffani ⁊ filicis curat omnem lapidem curabilem. ¶ Iteꝫ diacapparis valet melancolicis habentibus lapidem cum decoctione scolopendrie ⁊ tamarisci ⁊ coꝛticum fraxini. ¶ Item gentiana cum vino ⁊ liquiꝯ. est precipua. ⁊ maxime valet senib⁹ ⁊ flegmaticis. ⁊ ista sufficiant. ¶ Item cinis teste oui a quo pullus exiuit curat lapidem. ¶ Quia tamen aliquando lapis facit mictum sanguis excoꝛiando ⁊ vlcerando. ⁊ vlcus est solutio continuitatis cum deperditiōe substantie. ⁊ est cōmuniter cum sanie que aliquādo impedit debitaꝫ operationem mingendi faciendo stranguriā. ⁊ aliquādo vrina nō retineꝯ ꝓpter debilitatem cōtentiue sicut in diabetica: ⁊ ex putredine saniei generate ⁊ ex caloꝛe renum. ⁊ cum isto aliquādo fit doloꝛ renū ⁊ apostematio. Ideo ꝑmo dico de stranguria. 2° de diabetica passione. 3° de mictu sanguinis. 4° de vlceratione vesice. 5° de apostemate renum ⁊ vesice. 6° de doloꝛe renum.

Stranguria est pua ⁊ sepissima mictura: sicut dicit Hal. 5ª particula affor. cõmento 5°. ⁊ 7ª particula affor. cõmento. 47. dicit ꝙ stranguria est cum vrina guttatim ⁊ velociter exit ⁊ frequenter. ¶ Propter qõ notandũ ꝙ vrina aliquãdo emittitur inuoluntarie. cuius emissio inuoluntaria est duplex. quia aut emittitur in nimia quãtitate ⁊ corpus cõsumit: ⁊ tũc est diabetica. aut emittitur inuoluntarie ⁊ in parua quãtitate: qz guttatim ⁊ paulatine: ⁊ tunc est stranguria. Si retinetur inuoluntarie hoc est dupliciter. aut enim appetit mingere ⁊ non põt aliquo modo: ⁊ tunc vocatur suria: aut appetit sed non põt nisi per horas certas ⁊ cum difficultate: ⁊ tunc vocatur dissuria. Et ideo dicit Hal. 6ª particula affo. cõmento. 47. ꝙ in dissuria ⁊ duritie et angustia nec sine magno dolore actionẽ suam cõplet vesica. Et est versus de h. Strangur guttatim: nil suria: disq; per horas. .i. in dissuria mingitur per horas ⁊ cũ difficultate. Fit enim in die naturali sex vicibus mictura bona. ⁊ si amplius est: a malo est: ⁊ si minus q̃ per quatuor vices nimis paucus est. ⁊ dicitur stranguria quasi strangulans vrinam.

Cause. Causa strangurie aut est ex defectu cõtentiue virtutis in vesica. aut de acumie vrine. ¶ Cõtentiua autem deficit aut ratione male cõplexionis. aut apostematis. aut causa grosse ventositatis. aut rõne vulneris. Complexiones vero sunt octo vel nouem. quarum vnaquecq; deficiente deficit ⁊ virtus cõtentiua ⁊ deuenit ad stranguriam: vt dicitur 3ª particula affo. cõmento. 17. Similiter de vulneribus adueniẽtibus vesice ex apostematibus ⁊ ex mala dieta nascitur debilitas cõtentiue sicut ꝓpter acceptionem aque frigide post magnũ calorez: ⁊ ꝓpter diuretica nimis fortia post prandium sicut super litrontipon electuarium ducis ⁊ similia. ex quorum acceptione in passionibus renum contingit: ꝙ ex colamento sanguinis ⁊ aliorum humorum ad renes descendentium ⁊ vrinam acuentium: ⁊ per consequens pungentium vrina ĩmoderate expellitur. ¶ Fit etiam ex cõplexionis corruptione ⁊ maxime calide tantũ vel calide ⁊ humide: etiam solius humide adhuc. In apostematibus deficit contentiua: qz Dyppo. dicit quinta particula affori. in affo. In ano flegmonem patienti ⁊ matrice flegmonẽ habente strãguria accidit: quia his membris vesica colligatur: dicit Hal. in cõmento. quia apostema in ano premit vesicam: quia anus ⁊ vesica sunt vicina. ¶ Idem dicendus de stranguria. tamen vtplurimus est ex defectione virtutis ratione cõplexionis frigide vel ex apostemate. cõicant tamen in causis ꝑm magis ⁊ minus. ¶ Similiter suria quãdo cause fortificantur fit totalis vrine operationis ablatio. sed minoratur operatio virtutis in dissuria ⁊ corrumpitur in stranguria: quia exit guttatim vel inordinate. Unde breuiter cause possunt reduci ad duas. s. ad caliditatez nimiã pungentem ⁊ mordicantem ⁊ ad nimiam frigiditatẽ paraleticantem ⁊ mortificantem.

Signa. Signa quãdo a causa calida sunt iste passiones: tunc est ibi arsura ⁊ punctura. calor. sitis. mordicatio. Et quando a causa frigida tunc dolor est modicus: ⁊ est quasi cum quadam insensibilitate ⁊ leditur notabiliter a frigidis. ¶ Item a parte vrine sunt signa. vrina pallida in colore. remissa grossa vel tenuis in substantia. superius liuens. pauca in quãtitate. cuz contento grosso trumboso in fundo albo in colore: stranguriã sinificat. ¶ Sed quando causa est frigida vrina est alba ⁊ multa frequentia mingendi ante tempus ⁊ sensibilitas frigoris in vesica. ¶ Sed quando causa est calida: tunc vrina est rubea ⁊ ardor in vrinando ⁊ inflãmatio quã sentit infirmus in extremitate virge.

Pronostica. Pronosticatio est ꝙ strãguria si cõtinuetur est turpis ⁊ verecundiosa ⁊ omnes impedit notabiles operatiões tam naturales q̃ animales: cuiusmodi sũt speculatio disputatio comestio. quia oportet homines quasi continue portare vrinale vel ollã vel sub zona sua vel itra tibias sicut ego vidi de vno monacho qui continue habebat vas secum in quo vrina distillabat guttatim. Sed de dissuria ⁊ suria dico ꝙ ablatio vrine si diu duret mortez significat: qz vel ex opilatione cõpleta ꝓpter feces induratas in intestinis. vel ꝓpter litbiasim vel ꝓpter lapidem vel fluxus ventris vel defectum ex corruptione memorie ⁊ ꝓpter febres adurentes vel ꝓpter sudorem diaforeticus vel ꝓpter vomitũ continuum vel fluxum sanguinis superfluũ. quia tria sunt que diminuta se augmẽtãt ⁊ augmẽtata se diminuũt. s. sudor vrina ⁊ egestio. ⁊ ista p̃dicta sũt mortalia: quia mortificationem virtutis significãt. Si sit ab epate est tumor ⁊ febris. Si a ventositate est dolor extensiuus ⁊ inflatiuus. Si ab vlcere est sanies in vrina precedens: si a lapide precesserunt barenule ⁊ per dolorez loci ⁊ per passionẽ aliorum membrorũ. ¶ Item aliqui ꝓpter locũ venerabilem nõ audent mingere vel obliuiscunt: ⁊ tunc vesica extẽditur superius ⁊ coartatur inferius ⁊ constringit tunc vesica: ⁊ tunc quãdo vult mingere nõ põt ⁊ rumpit. Sed vesica incisa mortale. 6ª particula affo. affo. 18.

Cura. Cura strangurie sic fit. ꝓmo fiat clistere si causa sit materialis. deinde vomitus. deide flebotomia si particularia cõueniant. Unde 6ª particula affo. dissuriam flebotomia soluit incisa vena que intus in talo est: ⁊ est vena saphena interior. Et eodem mõ dico de strãguria. ⁊ B si toti corpori insit sanguinis abũdãtia. ⁊ B ꝑus in tibia subtiliando sanguinez per scarificationez vel lotionem in aqua calida. Et valet etiam talis flebotomia quãdo est ibi sanguis opilans coagulatus vel congloba tus in loco inter vesicaz ⁊ virgam. 2ª particula affo. affo. 47. dicit Dyppo. ꝙ stranguriaz ⁊ dissuriã soluit potio vini ⁊ flebotomia. Dicit Hal. ꝙ si sint illi morbi de frigida causa iuuat vinum potatum in maxima quãtitate aut parum mixtuz. Et tunc si sit apostema frigiduz vel sanguis grossus opilans ⁊ corpus non fuerit plenum humoribus nutrit similiter vinum potatuz. Et si sit corpus plenum: tunc valz flebotomia vt dicit. quia est vniuersalis purgatio totius corporis. vt dicitur 6ª affo. cõmento. 22°. ¶ In causa calida semen lactuce ⁊ scariole cum vino mixto cũ aqua granati acetosi tribue ⁊ liberabitur. ⁊ semen portulace cum semine malue est optimum. ¶ Fiat ergo talis potus. ℞. radicum brusci apy añ. partem vnã quatuor seminum frigidorum mundatorum maiorum ⁊ minorum. añ. 3.ʒ. sandalorum alborum ⁊ rubeorum. añ. 3.ʒ. milij solis florum nenufaris. añ. 3.ʒ. liquir. quartam. ʒ. zuccari quartas vnas. fiat potus quo vtatur mane ⁊ sero. Deinde purgẽt cum reubarbaro ⁊ cassia fistula ⁊ prunis et tamarindis. Deinde vtat attriplicib⁹ mercuriali lactucis spinachys in potagys suis. ⁊ vtatur ante sirupo violato vel ro. ⁊ vtatur zuccaro rosato triasandalis rubeis confortatis cũ spica nardi. ⁊ carnibus citoniorum conditorum cum zuccaro sine speciebus. Deinde balneum fiat vsq; ad vmbilicum cum camomilla pitaria maluis rosis vrtica minore ⁊ ippia ⁊ tormentilla. vel teneatur spongia super pectinem in dicta aqua intincta. Deinde inungantur renes virga ⁊ pecten cum isto vnguento cõposito. ℞. olei violati populeõ rosati. añ. 3.i. adipis anseris ⁊ galline recentium. ana. 3.ʒ. olei camomille. 3.ʒ. cere albe. 3.y. fiat vnguentum. Sed si sit de apostemate: tunc detur succus solatri dispumatus cum cassia fistula ⁊ potet aquã ordei. Et si sit membri la-

ritas vel raritas latitudo vel apertura: tunc fiat emplm super pectinem cū mirtillis rosis sumach plantagine sandalis laudano ⁊ mucillagine psilij. vel cuꝫ oleo rosato cōficiatur. vel lac acetosum de quo butirum est abstractuꝫ superponat. ¶ Et si cum isto tunc sit ardor vrine. ℞. psilij. ʒ.i. coquatur in aqua: ⁊ colligatur mucillago ⁊ misceat cum oleo violato vel cum lacte mulieris puellam nutrientis. ⁊ in isto liquore cōposito misceat. ʒ.i. camphore. ⁊ per siringam inyciatur totū ⁊ ardorem mitigabit. Et vtatur patiens diaboraginato frigido in isto casu vel triasandalis camphoratis. ¶ Modo videndū est de causa frigida facto clisteri ⁊ vomitu si oporteat. tunc materia si sit: digeratur cum radice tormentille ⁊ nasturcio aquatico ⁊ ysopo ⁊ cum radice ireos añ. partē vnā. filopendule artemisie. añ. ℳ.ß. sticados cimini. añ. ʒ.y. anisi ameos. ana. ʒ.ß. nucleorum cerasorum milij solis. añ. ʒ.ß. spice celtice. ʒ.y. spice nardi. ʒ.i. liquir. quar. i. mellis: qō sufficit. Deide purgetur cum benedicta hermodactilis. qui de harena sanie ⁊ de omni humiditate coagulata vesicam mundificant: vt dicit Hirardus 5°. viatici. Deinde post purgationē det musa enea que in omni difficultate mingendi valet. Deinde det. ʒ.y. succi artemisie in potu: qꝫ dolorem vesice et stranguriam soluit: vel detur puluis in consimili dosi cuꝫ aqua feniculi. ¶ Item filopendula trita ⁊ cuꝫ vino albo subtili bullita ⁊ bibita colice remediatur. ¶ Iteꝫ tormentilla cuꝫ vino bibita tormenta vrine distillantis curat sicut expertus sum nec est ei aliquid par. ¶ Item vinū decoctionis lily facit mingere statiꝫ. similiter succus nasturcij aquatici vel lapaty acuti bibitus cum vino. ¶ Item pilusella ⁊ filopendula ⁊ pentafilon ad idem mirabiliter ⁊ cito operantur. ¶ Item decoctio sticados sicci optima est. vel succus millefolij cum aceto bibitus ⁊ statim minget. vel da rasuram lapidis gagatis. vel suffumigetur cuꝫ eo. hoc est certum. ⁊ ego sum expertus. ¶ Item radix rafani bibita cum vino albo in quo admisceat puluis pilorum leporis detur ad potandum ⁊ statim minget. ¶ Itē due vel tres cantarides capitibus ⁊ alis remotis cum lacte caprino bibite stranguriaꝫ soluunt: qꝫ illud lac est earum tyriaca. eodem modo de cicadis fiat. ¶ Item fiant illa que dicta sūt. c. de cura lapidis vesice que hic optima sunt vt patet. ¶ In causa frigida potent vinū odoriferū. si sit paralesis vesice: ⁊ tunc fiat emplastrū super pectinē de laudano mastice olibano rutha menta absinthio calamento cinamomo nuce muscata. ⁊ est fere eadeꝫ cura sicut in diabetica. Utat assis frixis. ⁊ in omni causa valent auellane: sed in causa frigida assentur nuclei ⁊ dentur. Et sirupus mirtinus cum mastice ⁊ nuce mus. valet in omni causa quādo guttata emissio vrine est nimis frequēs. Et ideo vt rarius veniat dentur stiptica: sed quādo guttatiꝫ venit ⁊ raro: tunc valent diuretica ⁊ non stiptica: ⁊ hoc in furia. Sed in stranguria est aliter: quia stranguria est guttata vrinatio. ⁊ hec. s. dissuria raro eueniens: ita ꝙ nō vrinat patiens nisi raro ⁊ guttatim: ⁊ tunc valent diuretica. ¶ Sed quādo guttatiꝫ venit ⁊ quasi cōtinue ⁊ frequenter: tunc det. stiptica in causa calida: vt rose sumach mirtilli ⁊c. ¶ Sꝫ in causa frigida det calida vt mastix thus cinamomū assuꝫ storax calamita nux cypressi myrra gar. macis ren leporis assus vel exiccatus. ⁊ karabe mirabolani kebuli modicum tosti cuꝫ alys valent optime. Et dentur stiptica aromatica cū calidis: ⁊ in causa frigida modicum cum frigidis. ⁊ ecōuerso est in causa calida. Et tyriaca diambra diaolibanuꝫ diacitoniten in causa frigida valent: sicut diadragantū frigidū ⁊ zuccarū rosa. in causa calida. Ista pono hic ꝓpter errores multorum qui in omni strāguria dant diuretica: ⁊ hoc facit eos mingere frequētius: ⁊ ideo errāt illi in casu iam dicto. ¶ Sed in paralesi vesice valet dianthos cuꝫ musco. pliris cū musco. ¶ Sꝫ in dissuria ⁊ suria est spāle dare decoctionem celidonie ⁊ emplastrare celidoniaꝫ ⁊ paritariaꝫ ⁊ leuisticū ⁊ ipericon ⁊ folia nucis maiozis super pectinē ⁊ facere de eis balneū vsqꝫ ad vmbilicū: qꝫ qōlibet istorum vrinā prouocat per se potatuꝫ vel emplastratuꝫ. ¶ Sed in emplastro ponat cum istis furfur tritici. deinde intingat cuꝫ oleo nardino ⁊ costino inferius. ⁊ vna gutta mittat intra virgam. ⁊ hoc facit balsamum per se intra iniectum si patiens sit diues. ¶ Item sal album dissoluat in aqua calida ⁊ totū inyciatur per anū cum clisteri. ⁊ hoc soluit ventrē ⁊ vrinaꝫ ꝓuocat. ¶ Item in omni difficultate mingendi. ℞. paritarie ipericon saxifragie herbe milysolis berbene ireos pollipody. añ. ℳ.i. anisi carui ameos. añ. ʒ.i. decoquantur in vino in causa frigida. in aqua ordei in causa calida. ⁊ hoc melius est: qꝫ ꝓuocat ⁊ laxat. ¶ Item reubarbarū ⁊ spica nardi valent omni homini. sed agaricus in causa frigida laxat ⁊ ꝓuocat. nec est sibi par. certū est. omnia ista vltimo posita ego ipse expertus sum. ¶ Ulterius notādus ꝙ perdices sunt bone in stranguria frequentis micture. sed nō in stranguria rare micture. sed ibi valent aues parue vt caudatremula. fasiani ⁊ galline oibus valēt. ¶ Et vinum aromaticū forte in ꝑma valet. sed in scda vinū album subtile. sed istam secundā non dixi in diffinitiōe superius: qꝫ illa nō est vera. alia est vera. Et ideo Hirardus ⁊ Hualterius in practicis suis diminute dixerūt: qꝫ solus de vera loquebant. de quo miror: qꝫ Auic. nō respexerūt vt videtur. ¶ Adhuc vnum medicamentuꝫ dico ꝙ linire virgam cum cepis ⁊ allys ꝓuocat vrinam.

Diabetica passio est imoderatus fluxus vel exitus vrine per renes cum vehementia sitis. ⁊ vocat anglice candepise. ⁊ dicit a diabetes qō interpretat dissoluens renes: qꝫ ex calore renuꝫ vtplurimū venit. ⁊ sicut diaria ventris quo ad fluxū vrine hic sicut fluit ibi venter: sed quo ad sitim est simile canino appetitui. qꝫ sicut accipit ibi cibus imoderate ⁊ velociter expellitur per vomitū vt cōiter sicut canes faciūt. ita hic accipitur potus imoderate ⁊ velocissime expellit per vrinam ꝓpter fortitudinem attractiue renū: quia trahit anteqꝫ digerat in stomaco ⁊ epate. ⁊ ideo cruda exit. Unde Egidius dicit in vrinis suis ꝙ vrina alba ⁊ subtilis diabetem signat quando imoderate exit plus qꝫ potatur vel fere tantū ꝙ corpus ibi cōsumitur continue ⁊ humores corporis eliquantur.

Cause. Cuius causa ē caliditas ⁊ siccitas renū vtplurimuꝫ. vnde virtus attractiua viget in eis preter naturā. ⁊ debilitat virtus coꝫ cōtentiua ꝓpter pororum nimiam apertionē in ipsis renibus: ⁊ ideo exit cito. sicut enim potat ita mingitur. Prouenit etiā a frigiditate renum ⁊ totius corporis: qꝫ frigidū paralitcans ⁊ mortificans non permittit continere vrinaꝫ: ⁊ sic corrumpit contentiua. Attractiua tamē aliquādo corrumpit a frigiditate nimia. ⁊ lꝫ causa sit frigida: est tamē aliqn cum siti ꝓpter stomaci desiccationeꝫ ⁊ totius corporis causatam ex fluxu vrine imoderato ⁊c.

Signa. Signa diabetice passiōis sūt manifesta quādo vrina mingitur in magna quātitate ⁊ frequenter. ¶ Sed quādo est a caliditate: tunc sentit calor in renibus dolor ⁊ punctura ⁊ fantastica repletio: que fit a causa eleuante vapores ad os stomaci. ¶ Sed quando est a frigiditate: tunc sentit frigiditas in renibus ⁊ in extremitatibus. ledit a frigidis: ⁊ inuatur a calidis. ⁊ ibi est appetitus cibi ⁊ fames rōne frigiditatis: nisi ipsa sit mortificās. ⁊ vtrobiqꝫ est corporis extenuatio ⁊ est frequēter

cum febre. Urina ergo alba in colore vt aqua: tenuis in substātia: multa in quātitate cū pinguedine residēte vel supernatāte diabeticaz significat passionem.

Pronostica. Dec passio in senibus cuz febre est incurabilis. quia si diuturna fuerit in. xv. diebus vel tribus septimanis causat idropisim vt plurimū. Et si fuerit ista passio cōtinuata ⁊ remediata nō fuerit: corpus maceratur ⁊ crura debilitantur et ducit in perditionem. vnde in senibus quecūq; passiones cronice fuerint cum eis plurimū moriuntur ⁊ affo.

Cura. Cura istius passionis est. in causa calida: qz frequentius aduenit. p̄mo clistere mollificatiuū dare. Deinde ꝓuocet vomitus. Deide si particularia cōueniant fiat vna parua flebotomia. ⁊ purget patiens cuz māna ⁊ cass. ⁊ prunis ⁊ tamarindis. Deinde detur eis aq̄ frigida multa postea euomat eam. ¶ Deinde. ℞. z. i. spody succi liquir. z. ʒ. lactuce. z. i. portulace. z. iij. rosarum coriādri. aā. z. iiij. gūmi arabici lentiginis exiccate balaust. boli armeni. aā. z. i. campboze. z. ʒ. fiant pillule parue cum aqua rosata vel cum succo granatorū acetosorūz ⁊ detur vna in potu vel due cum aqua vel sirupo rosato vel mirtino vel cum aq̄ plantaginis. ¶ Uel sic. ℞. coziandri preparati cuz aceto spody cozalli albi karabe sanguinis dra. ⁊ sandali albi. aā. z. ij. campboze. z. ʒ. conficiant cum mucillagine psilij sandalis aqua rosa. aceto ⁊ campboza. vel tassum barbassum mēbranaz vlmi cum fabis fractis. in aqua pluuiali decoque quousq; fiat sicut gluten. deinde extende super pannuz ⁊ renibus impone. Uel accipiatur lamina plumbea subtiliter formata ad modum brachalis ⁊ sumat in panno lineo. ⁊ post liniatur cum farina lentium vel cuppularuz glandiū vel aqua ordei pistata cum aqua ros. ⁊ cum albumine ouorū ⁊ ponat super renes. Et cum calefit amoueat ⁊ predictis illiniat. vel intingat in aceto vel succo plantaginis ⁊ supponat frequēter. vel de succo sanguinarie virge pastoris' reste bouis lētiginis aq̄ ⁊ panno lineo intincto fiat emplastꝝ vel fomentatio. ⁊ ꝗ est optimū. vngantur renes cum populeon. ¶ Utantur isti ordeato aduenato amido piris citōys portulacis cucurbitis vino grosso cum aqua multa. ¶ Uitent oia diuretica. caueat ab exercitio ⁊ vsu venereo ⁊ vnctuosis. Nō iaceat super culcitrā de pluma nec super dorsum vel super latera vel parū. ¶ Frigida ⁊ humida que nō sunt diuretica cōpetunt eis vt viole ⁊ flores nenufaris. ⁊ berberi nō sunt dimittendi. nec cibus debet esse multe grossitudinis sicut frumētū rizi amigda. ⁊ similia. ¶ Si aūt causa fuerit frigida vel fuerit cum siti: tunc cura est difficilis. vtat tunc cura ista. s. vino odorifero. fricent extrema. ponātur ventose super renes sine scarificatiōe. ⁊ si sit materia peccans purgetur cum biera pigra ⁊ prouocet vomitus cum raffano. vtatur sirupo mirtino ⁊ diaolibano et rosata nouella: quia ipsa sedat sitim: ⁊ cum hoc calefacit ⁊ est stiptica aliqualiter: ⁊ ideo optima est. Tamen bonū esset amouere opium de recepta eius in isto casu. vel fiat emplastꝝ de myrra laudano mastice thure aniso asso ruta mentha. ¶ Et cibaria preparent cum aqua extinctionis ferri. ⁊ in aquis termaꝝ potest balneari. ⁊ fricetur donec rubescat. ⁊ vtatur pasta regia que est medicina confecta ad modū zinziberati. ⁊ est alba: quia fit de zuccaro ⁊ candio ⁊ gūmi arabico ⁊ draganto ⁊ amigdō. ⁊ auellanis ꝓm aliq̄s. ¶ Sz si causa fuerit frigida sine siti fiat potio de castoreo myrra piretro cuppulis glandium ⁊ coquant in sirupo mirtino ⁊ sumatur mane ⁊ sero. Et diacastoreum valet eis. Et vtantur vitellis ouorum in aqua fractorūz ⁊ gallina pingui. vtatur assis ⁊ frixis. Tamen quia sunt consumpti ⁊ quasi ethici vtantur electuario ad restaurandum ⁊ diacitoniten ⁊ pasta regia que valet omnibus ethicis ⁊ cōsumptis. ¶ Et super stomacū istorum fiat emplastruz in causa calida de ros. menta absinthio. Et in causa frigida de mentha calamēto galanga cimino zedoaria olibano: vel spongia infusa in decoctione predictarū rerum stomaco superponatur. ⁊ hoc est leuius.

Diamnes. Juxta istud cap̄. imediate precedēs dicenduz est de diamne que est passio vesice in qua vrina egreditur inuolūtarie aut ignorante sicut in somno. ⁊ dicit diamnes quasi duorūz damnū. s. renum ⁊ vesice quasi duplex dānū: qz cōtentiua vesice deficit. ⁊ est passio in lacertis vesice: qz ipsi sunt vtplm mollificati ⁊ nō possunt cōtinere. aut qz dormiēdo imaginatur esse in cloaca vel in loco vbi cōsueuit mingere: ⁊ tunc p̄cipit virtus imaginatiua virtuti expulsiue: ⁊ ita mingit in lecto credens alibi esse. ⁊ cōtingit ex superfluo potu ⁊ tarda retentione vrinandi. Et sic pz causa.

Cura. Cura in causa frigida est dare olibanū. ⁊ in causa calida ossa mirabolanorū assata. trū in specialī fit. ℞. ossa mirabolanorꝝ assata. deinde assent glandes ⁊ extinguant in aqua ro. vel assetur nasturciū ⁊ extinguatur in succo agreste: ⁊ tunc desiccet. ⁊ cū fuerint desiccata puluerizent. deinde misceant cum myrra storace calamita nuce musca. ⁊ nuce expressi mastice thure. conficiātur cum sirupo mirtino ⁊ dentur. vel cum laudano potest fieri emplastrum. vel vnguentuz cuz oleo masticino vel cū zuccaro. ¶ In predictis speciebus pōt fieri electuarium qō valet in passionibus renum ⁊ vesice de causa frigida ⁊ corpore mundificato. ℞. glandis thuris myrre aā. coquātur in vino vsq; ad tertiam partez ⁊ dent in potu cū sirupo mirtino. ¶ Itē puluis vesice caprine taurine vel porcine cum decoctione glandis in potu sumptus celeriter iuuat. ¶ Item vesicam piscis fluuialis luna crescente et decrescente transglutire liberat eos ꝓm Constantinum. ¶ In causa calida detur ordeatū cum succo crassule maioris ⁊ portulace. īmo prohibet gomorreaz ⁊ diamnez de causa calida. Et detur tyriaca in causa frigida. ⁊ rubea trociscata in causa calida. sed in etate lactanti minnat cibus ⁊ potus ⁊ non ꝓfundent in somno. Uitent mollificantia neruos. ⁊ detur eis caro citoniorūz ⁊ pira cocta. Ungant renes ⁊ vesica cum oleo masticino ⁊ ros. vtantur saluia ⁊ betonica. ¶ Si fuerit ꝓpter imaginatiuaz locus decoretur ita ꝙ de die abhorreat ibi mingere. fiāt igitur ibi cruces in pariete: locus dealbetur ⁊ cōsimilia.

Sanguis aliquādo mingit cum vrina aliqū ante vrinam aliquando post. venit enim aliquādo de epate aliquādo de renibus aliquādo de vesica aliquādo de venis medys. aliquādo est purus aliquādo est ipurus: qz est cum sanie vel aliquo tali. aliqū est sicut lotura carnis. aliqū ꝓuenit cretice aliquādo vi sinthomatis. ⁊ isto modo loquor hic.

Cause. Cuius causa aliquādo est exterior sicut percussio. casus. coitus superfluus. exercitiū nimiū. ocium nimiuz post laborem. repletio nimia cibi ⁊ potus. dimissio fluxus soliti sicut sunt menstrua ⁊ emorroydes ⁊ membrorūz mutillatio. ¶ Causa interior est ꝓpter humorem nimiuz replentem aut ꝓpter eius acuitatem: aut ꝓpter ventositatez descendentem aut vlcus aut apa: aut ꝓpter debilitatem renum ⁊ vesice: aut ꝓpter vlcera: aut ꝓpter latitudinem: aut ꝓpter mēbrorꝝ raritatem.

Signa. Signa causarūz extrinsecarūz habentur per indicia patiētis. Si sit a causa interiori vt ab epate: tunc exit sine dolore. Si a renibus: tunc est cum dolore renum ⁊ sanguis est purus. Sed quādo ab epate: tūc nō omnino est purus nec oino turbidus. sed cum venit a

vesica hoc scitur per dolorem loci ⁊ per turbulentiam. et hoc est qō dicit Hyppo. 4ª particula affo. affo. 79. Si sanguinem mingunt ⁊ trumbos: circa vesicaz dolorem significant. ⁊ sanguis est sicut lotura carnis: ⁊ tunc prouenit ex debilitate epatis ⁊ renuz. Et sanguis quāto plus ꝓuenit a partibus remotis tanto plus est mixtus cum aquositate: quāto plus a ꝓpinquis tanto minus. Sanguis cum sanie signat vlcerationē ⁊ rupturaz epatis. Sed si sit odor grauis ⁊ squame: tunc signat vlcerationez. vt innuit Hyppo. 4ª affo. affo. 80. Sed cum sanguis venit multus ⁊ subito signat rupturaz vene. Sed quādo venit paulatim significat corrosionem aut desudationez aut modicam apertionem. Cum venit ꝓpter multā repletionē discernit ex habitudine. Si venerit cretice discernit ex alleuiatiōe ⁊ ex morbis precedentibus ⁊ signis digestionis.

Pronostica. Pronosticatio est ꝙ omnis fluxus sanguinis rubei ⁊ mundi si sit multus est malus. Fluxus sanguinis de vesica tardius curat q̄ ab alys partibus. Unde passiones vesice tardius curātur ⁊ difficilius q̄ in renibus ꝓpter aquositatez salsaz cōtinue ibi fluentez ⁊ ꝓpter paucitatez sanguinis ⁊ carnis. In renibus non est aquositas ita acuta ꝓpter maiorē portionem sanguinis: ⁊ qz habent plus de carne vnde frigida vesica est sicca ⁊ sine sanguīe. vt dicitur 3ª particula affo. cōmento 6º. ¶ Item quicūq; sponte. i. subito ⁊ multuz sine causa exteriori manifesta vel subita sanguinē mingūt: his de renibus vene rupturaz significat. 4º affo. affo. 76. ¶ Item sanguis longo tēpore apparēs in vrina pessimus est: quia significat vlcerationem vesice.

Cura. Cura micture sanguinis est talis. p̄mo det succus calendule distemperatus cuz vino ad pondus. z. i. ⁊ statim cessabit fluxus. vel det succus sanguinarie cū aqua rosa. ⁊ aqua plantaginis. vel det decoctio prouēce cum lacte dulci vel cum aqua extinctionis ferri. Et si per ista nō curetur: tunc sic est operandū. ¶ In p̄mis si causa sit recēs fiat flebotomia de epatica postea de saphena exteriori vel interiori. Si ab alys membris: fiant ventose in posteriori parte ex vtraq; pte spine dorsi supra renes aliqualiter ⁊ super emūctoria. vel qō melius est inter spatulas. vel super epar. vel sub māmillis virorū. vel sub anchas ⁊ ilia ⁊ pectinē quādo sanguis venit de vesica: qz in fluxu menstruoꝝ sub māmillis mulieruz. ¶ Et est regula generalis: ꝙ si fluxus fuerit multus paulatim debet intercipi ⁊ non subito sicut omnis alius fluxus ne materia trahat ad aliqō membrum ⁊ sit causa maioris sinthomatis. ¶ Item cuz frigidis constrictiuis admiscēda sunt aliqua aperitiua ne sanguis coaguletur ⁊ opilationes faciat in corpore. ⁊ ideo aq̄ frigida nō ē danda hic. ¶ Aliud est notandū ꝙ stiptica nō debent poni quousq; vie vrinales sint mundate ⁊ sanguis coagulat⁹ fuerit expulsus. Decoquatur igitur radix ireos ⁊ apij ⁊ ysopus ⁊ liquir. in lacte ⁊ coletur et colatura sumatur aut solum lac aut decoctio capill. vene. in aqua cuz modico mellis ⁊ in colatura furfuris vel in aqua ordei vel in aqua ficuum. omnia ista mundificant vias vrinales ⁊ pectus. ¶ Uel vtat isto medicamine. ℞. seminis cucurbite melonum citrulli. añ. ℥. i. seminis apij. ℥. i. seminis portulace. z. ij. rosarum. z. iij. succorum plantaginis sanguinarie virge pastoris pimpinelle rubee. añ. quar. i. vel de substantia berbarum. añ. M. i. cū zuccaro fiat medicamen optimū quo vtatur mane ⁊ sero. ¶ Et vtatur isto puluere. ℞. olibani. z. ij. amidi. z. iij. draganti boli armeni. ana. z. iiij. sanguinis draconis. z. iij. ros. rubearum. ℥. i. sumach. z. ij. seminis portulace. z. ij. foliorū quercus succorum sanguinarie. ana. ℥. ß. solsequij. z. vi. coriandri. z. ij. fiat puluis quo vtatur in potagys. Et fiat de isto electuarium. vel vtatur zuccaro ros. facto de conserua antiq̄ et diaconidion ⁊ diadraganto frigido vel de medicina predicta cuz sirupo mirtino formenk pillule troc. de quibus sumatur vnus in die cum sirupo de papauere vel sirupo ros. Et potest si vis addi opium ⁊ tunc est fortius. Uel fiat emplastrum super renes ⁊ pectinē de mastice thure ros. puluerizatis ⁊ cum albumine oui cōmixtis. Et detur atanasia ⁊ rubea trociscata vel requies. Sed tyriaca non detur nisi semel: vel sit iuuenis in tempore frigido aliter non. vel detur patienti ter in septimana ⁊ mane z. ij. de nucleata distēperata cum succo plantaginis. ⁊ alys diebus detur patienti succus plantaginis ad bibendū in quo emathites sepe fricetur ad cotē ⁊ sepe submergatur in dicto succo. Et detur frequenter zuccarum violatuz cū triasandalis in mane. Et flebotometur de saluatella dextre manus. Et si venter sit constipatus: tunc de violis floribus boraginis nenufare carnibus prunorum tamarindorum cassiafistu. fiat decoctio ⁊ detur mane. ⁊ post det dia dragantum frigidum cum spodio ⁊ corallis: quia est optimum. ¶ Uel fiat emplastruz super epar ⁊ renes ⁊ pectinem. ℞. sandalorum rub. karabe boli armeni emathites sanguinis drac. draganti gūmi arabici seminis portulace seminis plantaginis farine fabarum ordei añ. quantum vis. de omnibus vel de quibusdam istorū fiat emplastrū actualiter frigidum cum succo plantaginis ⁊ aqua ros. ⁊ succo sanguinis dracōis lanceolate ⁊ sanguinarie. ⁊ ponatur super epar ⁊ partes vicinas. vel super renes ⁊ pectinē ꝗ stringit. Uel fiat emplastrum Bak. de pilis leporis albumine oui olibano aloe qō posui supius capl'o de fluxu sanguinis narium in p̄mo libro. ¶ Deinde consolidatiua dētur. ℞. plantaginis corrigiole virge pastoris cōsolide maioris ⁊ minoris ⁊ medie gariofilate ⁊ piloselle lactee nigre ⁊ albe: lanceole pentafilone. añ. M. ß. seminis caulis seminis canabis. añ. z. i. draganti gūmi arabici amidi. ana. z. ß. omnia ista coquantur in aqua pluuiali. et addatur zuccarum. ⁊ fiat sirupus consolidatiuus ad vlcera interiora et exteriora ⁊ curat fistulam: non tamen ante mundificationem vlceris qō scitur per claritatem vrine. ¶ Sed si sanguis fluat a vesica: tunc est trumbosus ⁊ statim precedit vrinaz. Et si veniat a locis remotis a vys vrine vrina precedit sanguinē. ¶ Sed quādo a lumbis: tunc est sanguis fortiter cōmixtus cuz vrina. ℞. ergo aluminis de pluma balaustiarum sanguinis draco. añ. z. i. draganti. z. ij. gūmi arabici. z. ß. detur in potu cum vino pontico dulci ⁊ succo portulace. ¶ Ulterius notandū ꝙ vrina inopos vel kianos in colore. spissa in substantia. ⁊ cum ipsa sit sang. ⁊ cuz pauco liuore superius rupturam chilis vene signat. ¶ Et notandum ꝙ hypostasis talis si vehementer fuerit commixta cum vrina rupturam chilis signat. Si vero fuerit separata ⁊ residens rupturam vene in renibus significat. Si vero fuerit plurimum separata ⁊ apparet sicut gutta sanguinis in infima regione corrosionem vene in vesica significat. Et de hoc sunt hi versus.

Nuncia fit pura vene chilis ex crepatura.
Et dolet a fine grauiter pars septima spine.
Fundit trumbosum vesica grauem maculosum.
Si fluit a lumbis: purus manet ⁊ sine trumbis.
Renum testatur id punctio que comitatur.

Et ibi vide de ista materia ⁊ cura sicut dictum est.

¶ Dieta in omnibus istis debet esse: quia opz vt patiens se custodiat ab omnibus causis mouentibus sanguinem vt sūt allia porri mel cepe piper ⁊ similia. saltus ⁊ clamor rixa coitus anhelitus altus locutio plurima ⁊ clamor res rubeas. potus vini plurimi multitudo balnei. vitet etiaz aperitiua ex medicinis sicut est apium petrosilium rutha

caseus antiquus: quia est nociuus ei. tamē caseus recēs ⁊ nouus confert illi. ¶ Cibi conuenientes sunt glutinatiui opilatiui consolidatiui infrigidatiui ꝓhibentes a sanguine feruorez eius. ¶ Cōglutinatiui sunt lac decoctū capzinum cum tribus lapidibus fluuialibus candētib⁹ ⁊ extinctis in dicto lacte ꝓpter illud qō in ipso est de cōglutinatione. ⁊ lac vaccinuz de quo butirum est extractuz ꝓpter illud qō in ipso est de stiptico. ¶ Cibi opilatiui ⁊ cōsolidatiui sunt amidū coctum ⁊ infrigidatum auenatū ⁊ ordeatum lentes excorticate: qz sanguinē ingrossant. portulaca cum aceto albo limphato. ¶ Item ligenē extremitates fortiter: vt coxe ⁊ brachia. ⁊ caueant sibi ab ira ⁊ sollicitudine ⁊ ab imoderato gaudio ⁊ a nimio frigore et a nimio calore ⁊ ab imoderato exercitio. ⁊ sit maxime in quiete.

¶ Sed quādo venit de vesica: tunc deē panis triticeus cum lacte a quo butirum est extractū. ⁊ deē eis cibus conditus cū succo granati. Et si fuerit debilis confortē cum iure perdicū masculorū ⁊ cuz turbit conditis cū aceto et succo agreste. Et si oportet dare vinū deē vinū grossum ⁊ magnū. tū postq̄ cōualuerit bibat vinū cum aqua. ⁊ abstergat ⁊ ꝓuocat ⁊ nō retineat vrina oino. ¶ Et de leuibus que in ista passione magis iuuant est emplm cū spongia infusa in succo plantaginis ⁊ succo sanguinarie ⁊ aceto albo cōmixtis que ponant in oib⁹ laterib⁹ dorsi ⁊ in duobus emūctoryz: qz ista passio est periculosa: ideo plura posui vtiliuz ⁊ meliuz ipsis scholaribus cōplacendo.

Ulceratio renum ⁊ vesice derelinquunt aliquādo a laboze. aliquādo a percussiōe vel casu: sicut mictio sanguinis: ⁊ ab acumine medicaminis ⁊ diureticis: sicut a cantaridib⁹ datis in magna quātitate que vlcerant vesicaz ⁊ similia. venit igitur magis ab itus. ¶ Aliquādo sicut ab apostemate male curato ⁊ male mundificato. aut ꝓpter hūores ibi peccātes rōne quātitatis vel qualitatis aut viscositatis ⁊ adherentie cum separet sanies veniens de pulmone ⁊ epate corrodens. ⁊ qz sanguis extra locum suum cōuertit in saniez vt dicit 7ª particula affo. ¶ Item post mictū sanguinis venit mictura sanici que facit vlcerationem.

Signa. Signa vlcerationis renum sunt dolor ibidem ⁊ in coxis existens et sanies commixta cum vrina. ⁊ cōtenta in vrina sunt ru. ⁊ vrina exit cū difficultate. ⁊ si sit vlceratio in vesica: tūc est dolor in pectine ⁊ sanies facit residentiā ⁊ est quasi separata ab vrina. ⁊ cōtenta sunt alba. ⁊ vrina exit cuz difficultate. ⁊ est ibi odor grauis ⁊ squame. maxime si sit in vesica scabies: sicut dicitur in versibus Egidy in vrinis suis versus finem quarte particule affo. cōmēto. 8. vbi dicit q̄ fetor est ꝓprius morbus vesice ⁊ magis squame. Doc dolor ⁊ partis actio lesa docet. s. vbi sit causa morbi.

Pronostica. Pronosticatio est q̄ in senibus vlcera in renibus ⁊ vesica vel in vys vrinalibus tarde ⁊ laboziose vel nunq̄ sanant sicut dicit Dyppo. ⁊ Hal. 6ª particula affo. cōmento 6º vbi dicit Hal. q̄ per ꝗ transit humor acuitas vel superfluitas qui cum per aliquē locum transeūt vulnera ibi renouant ⁊ magnificant. ¶ Et alia causa est: qz bis mēbris patiētib⁹ quies est necessaria vt sanent ⁊ actio eorū nunq̄ quiescit. ⁊ ideo nunq̄ vel dure sanantur ⁊ maxime in senibus: quia etas declinat. ¶ Item vlcera renum citius curantur q̄ vesice vel viarum mediarum: qz magis carnosi sunt. ⁊ alia sunt neruosa ⁊ pāniculosa ⁊ frigida ⁊ carētia sanguine. ¶ Itez vlcera renum ⁊ vesice diuturna nunq̄ curantur: quia fistulata sunt. ¶ Item ille cuius vesica rumpitur mozitur fm plurimū. que si seindatur nō incarnatur: nisi sit scissura in parte carnosa fm Auicen.

Cura. Cura est vt in primis clisterizet cum lenitiuis si venter fuerit constipatus. Deinde fiat vomitus ante cibuz vel post. ⁊ maxime post. qz hoc est optimū in passionibus renum ⁊ vesice. Et si particularia cōueniāt fiat flebotomia de basilica ⁊ de saphenis. vel purget materia peccans fm exigentiā humorū suauiter ne materia trabatur nimis deorsum. deinde mundificet sine mordicatione vt cum zuccaro ptisana succo fenugreci cum melle decocto cum adianthos ⁊ capill. vene. ⁊ melliloto. Et lac quotidie qualitercūq; sumptū ⁊ p̄cipue capzinū ⁊ asinum est optimū. ⁊ sugatur ab vbere si fieri possit. ⁊ post non sumat aliquid donec lac exiuit stomacuz ⁊ epar si sit possibile. i. quousq̄ fuerit digestū. ⁊ ne corrumpatur in stomacho admisceatur sal ⁊ ysopus ⁊ menta ⁊ calamentum. sit igitur cibus ⁊ medicina. ¶ Itez decoctio liquir. desiccat mortificat ⁊ maturat ⁊ cōglutinat vt dicit Auic. ¶ Itē mel aquaticum cum decoctione ysopi capill. vene. prasij ireos optime mundificat. ⁊ sirupus dictus. ca. precedenti bene mundificat. vel accipiatur furfur triticeū coquatur in oleo nucis ⁊ saccelletur. optime valent in sanie ⁊ humore coagulato in vesica. ¶ Et si aliquid in vys vrine impediat inyciatur oleum muscellinuz vel nardinū per siringam in ipsam virgaz. ⁊ de illis inungatur peritoneon ⁊ in pectine. vel clisterizent cum benedicta hermodactil. Et facta mundificatione dentur consolidatiua: sicut bolus arme. sanguis draco. myrra rose spodiuz ⁊ similia. ¶ Tamen ante ista dolor mitigetur cum narcoticis si oporteat sicut cum iusquiamo papauere opio mandragora psilio ros. carui camomilla ⁊c. ¶ Uel fiat medicamē optimū. ℞. iiij. seminū frigidorū mundatorum seminis papaueris albi seminis malue seminis bombacis se. portulace se. citoniorum mirtillorū draganti gūmi arabici pinearū mūdatarum fisticorum iuiubarū candy penidiarum liquir. munde ordei mundi amigda. mundataruz mucillaginis psily. añ. z. i. boli armeni sanguinis dra. spody ros. myrre añ. z. i. cōficiant cuz idromelle ⁊ fiāt pillule vel trocisci. ⁊ cū vti volueris distēperet vn⁹ cū lacte ⁊ exhibeat. ¶ Et si fuerit vlceratio in vesica distēperet vn⁹ i lacte ⁊ ꝓcia tur per siringā. si sanies eēt nimis grossa: addat in p̄dictis trociscis ysopus spica nardi radix lily ⁊ apy: ⁊ tūc est mundificatiuū ⁊ dolozis sedatiuū: q̄ oia hic sunt nēcia. ¶ Uel p̄ūt mundificatiua poni per se ⁊ cōsolidatiua per se ⁊ erit opatio leuior. vel facta mūdificatiōe dent carnis regeneratiua sicut spāliter succus est barbe bircie succus gnquineruie succus agreste cauda egna coralli bolus armenus: cū quib⁹ ꝓp eorz asperitatē ⁊ acumen supadmiscēda sunt aliq̄ cōglutinatiua cuiusmodi sunt amigdale dragantum semē altee q̄tuor semina frigida. Et vt facile ⁊ sine lesiōe penetrent ad locū: admiscēdū est aliqd diureticū vt apiū daucus petros. ysop⁹ ireos prasiū vel capil. ve. aristo. roque cū hoc est cōsolidatiua. ¶ Deinde si oporteat fiāt tales trocisci. ℞. iiij. seminū frigidorz mun. z. iij. seminis portulace se. iusquiami albi se. malue semi. papaueris albi se. lactuce amigda. dulciū mundatarz draganti amidi succi liquir. boli armeni seminis apy croci. añ. z. ij. thuris sāguinis dra. añ. z. s. sumach. z. i. s. puluerizent subtilissime cum sirupo ros. ⁊ fiant troc. ad pōdus. z. iij. vel. ij. ⁊ det vnus in potu cū sirupo vio. vel cū ouo sorbili vel cū lacte capzino vel vaccino mane ⁊ sero. ¶ Ad vlcera renū ⁊ vesice ⁊ ad eorz apostema. ℞. iiij. seminū frigidorz mūdatorz seminis portulace dragāti amigd. dulciū se. papaueris albi se. malluarū se. rute agrest. vel loco illius se. nasturcy hortulani vel aquatici zuccari. añ. z. ij. amidi. z. s. cū succo plāta ginis fiāt. ⁊ da cū sirupo vio. ¶ Dieta sit q̄ vetet oia salsa ⁊ oia acuta ⁊ omnia acetosa ⁊ oia que sunt vehemētis dulcedi-

nis sicut ficus: qr in se habent quoddā lacticiniū respectu cuius vlcerant. ⁊ oia nimis diuretica ⁊ cōuertibilia in coleram faciliter. vitet motū fortem lz exercitium bene valeat eis. vtatur ordeato ⁊ aqua ordei ⁊ gallinis ⁊ perdicibus ⁊ auiculis paruis ⁊ ouis sorbilib⁹. qr oua quasi cruda tepida sumpta dolorez mitigant. Utat etiā piscib⁹ squamosis de aquis mundis. vtatur pineis ⁊ pinocbada ⁊ fisticada ⁊ candello de amigdalis.

Cura ardoris vrine. Qr vlcera vesice sequitur ardor vrine ex acuitate saniei: iō circa ardorē vrine sciēdū q̄ pultes de farina siliginis efficiatur patienti ieiuno stomaco. vel fiat cataplasma super virgā de cadē. sed precedēte inunctione cū vnguento populeon. ¶ Sed si sit ardor magnus fiat hoc apozima vel decoctio. ℞. liquir. z.y. seminis cucurbite citrulli. ana. z.i. draganti gūmi arabici. añ. z.s. fiat decoctio ⁊ cuz zuccaro dulcorat ⁊ detur mane. ¶ Uel. ℞. iiy. seminū frigidorum mūdatorū draganti succi liquir. seminis papaueris albi semis portulace amig. dulciū. añ. z.i. seminis malue seminis citoniorū seminis apy. añ. z.i. cōfice cū sirupo ro. ⁊ valet ꝯ dolorē renū ⁊ vesice ⁊ ad mictū cum ardore. ¶ Uel sic. ℞. dragāti gūmi arabici. añ. z.iiy. quatuor seminū frigidorū mūdatorū anisi seminis papaueris albi semis portulace. añ. z.iy. boli armeni croci ros. violarū succi liquir. spody. añ. z.y. cū sirupo vio. vel cum succo plātaginis. fac troc. rotūdos. vel cū zuccaro electuariū. vel cum aqua ordei fac decoctionē ⁊ da. Sed trocisci debent dari cū sirupo violato vel cū ouo sorbili vel cū lacte caprino vel vaccino mane ⁊ sero. ¶ Qr si ardor vrine fiat cū lapide: tunc fiat sirupus talis. ℞. iiy. seminū frigidorū mūdatorū succi liquir. seminis lactuce portulace papaueris albi. ana. z.s. lingue ceruine politrici epatice. añ. z.i. nuclei cerasorū saxifragie granorū solis lingue auis seminis vrtice seminis citoniorū seminis feniculi. añ. z.s. croci. z.i. ista cōcussa bullīt in succo nasturcy aq̄tici colent ⁊ addito zuccaro fiat sirupus. Et in fine decoctionis adde penidiorū. z.i. dragan ti gūmi arabici. añ. z.y. sumant cum aqua decoctiōis draganti ⁊ gūmi arabici quādo istat ardor vrine. valet ardori ⁊ oibus calculosis inueteratis. Ex alia fiat electuarius valde vtile ex amido ⁊ gūmi arabico dragāto liquir. enula semine melonū citrulli cucurbitarū cipo papauere psilio licio spodio ros bolo armeno semi. iusgami portulaca croco reubarbaro. Uel det diadragātū frigidū reubarbaratū cū triasandalis vel diapapauere cū zuccaro. violato vel mucillago psilij cū lacte asinino ⁊ modico camphore inyciat per siringam in caput virge ⁊ optime valet.

Apostemata renum ⁊ vesice causant ab inepta equitatiōe ⁊ a potibus turbidis ⁊ a repletione ciborum viscosorū.

Signa. Signa apatis renū: si sit calidum sunt febris fortis cū dolore pūgitiuo acuto: ⁊ vrina est tincta aliqualr qñ apa calidū est in renib⁹. ⁊ est sitis ⁊ dolor capitis ⁊ grauitas infirmi renis. ¶ Sed signa apatis frigidi sunt grauedo ⁊ pondus. vrina remissa. oia remissiora vt febris ⁊ alia signa. A parte apatis renū signa sunt. vrina nigra in colore. grossa in substātia. fetida ⁊ pauca cū sedimine sanioso. rupturaz apatis renū significat. Sed vrina inopos kianos. spissa in substātia. pauca in q̄titate cuz sedimine nigro fetida. apa renuz nō rupturam significat. ¶ Et si apa sit in rene dextro: tūc ascendit dolor vsq̄ ad epar. ¶ Et si est in rene sinistro: tūc descēdit vsq̄ ad vesicam ⁊ est dormitatio pedis ex parte illa ex qua est apa. Et si iacet in latere opposito sentit quasi pōdus suspensuz in alio latere. Et si in vtroq̄ rene sit apa: tunc illo mō sentit qualitercūq̄ iaceat. Et si apa in vesica fuerit: tunc est dolor in pectine ⁊ peritoneon ⁊ ascendit vsq̄ ad renes ⁊ mingit vrina cū difficultate. Et si dz terminari per saniez: tūc febris fortificat ⁊ calor ⁊ pulsatio est in loco. qr circa generationē saniei sunt febres ⁊ dolores ⁊c. Et si rumpat ē tremor ⁊ vrina apparet spissa sanguinolēta. ¶ Ulterius notandū q̄ apa in renib⁹ diuersificat a parte mātē. qr aliqñ est de sanguine subtili colerico. aliqñ de grosso sanguine. A parte loci silr qr aliqñ apa est in corpore renis. aliqñ in latere cōcauitatis. aliqñ in pānículo velante renes. aliqñ mā est declinās ad partes meat⁹ emūctorū. aliqñ ad ptes dorsi. aliqñ ad partes meatus qui est ad supiora. ¶ Sed si vrina sit nigra in colore. grossa ⁊ pinguis in suba. fetida. pauca in q̄titate valde cū sedimīe sanioso. rupturā apatis vesice signat. Et in apate vesice aliqñ tumor ad tactū perceptibilis est ⁊ est maior sanies q̄z in apate renū. ⁊ ē maior cōstipatio vētris pp cōpressionē vesice ad interiora.

Pronostica. Pronosticatio est q̄ apata renū vel iocinora sunt ad hoc q̄ in lapidē conuertant q̄z apa vesice. ¶ Itez cū apa est calidū in rene ⁊ cum febre ⁊ supuenit pmixtio rōnis mortale est. ¶ Itez apa renū qñq̄z rumpit ad partē vesice ⁊ est meli⁹ oibus: ⁊ si rumpat versus epar ⁊ mittatur ad itestina ⁊ stōm ipsa sanies: est malū. Et si remanet mā in renib⁹: tūc extēdit se ad loca vacua vicina: vnde idiget perforatiōe cū ferro calido ⁊ cū cauterio circa renes ⁊ hoc est malū. vel cuz sagittella ⁊ vtrūq̄z est periculosum. ¶ Itē signū cūonis est cū febris ⁊ accidētia mitigant ⁊ cū vrina est multa cū bona residētia ac sanie alba cēqli sine fetore. ¶ Quādo aūt vrina est globosa aut cū sanie fetida. aut cū vria est alba ⁊ tenuis ⁊ febris nō alleuiat ⁊ accidentia nō mitigant tūc est signū mortis. ¶ Et qñ egritudo plongat ⁊ vrina est alba ⁊ tenuis ⁊ corpe macerant signū est icurabilitatis. ¶ Itē apata renū ⁊ vesice in corpo rib⁹ macilētis sunt valde periculosa: qr deficit caliditas ⁊ būiditas ad digerendū. silr tales passiōes in renib⁹ dure sanāt. 7ª particula affo. affo. zi. dicit Dypp. q̄ quibuscūq̄z nefreticis exītib⁹ ipostasis pinguis ⁊ cōglobata vel simul subito apparent ⁊ ampulle nō appareāt in vrinis eorū ⁊ dolores acuti sunt circa musculos spinales versus lūbos. si circa loca extrinseca fuerit apa: futurū extrinsecū expectabis. si vero dolores circa interiora fuerint: futurū expectabis intus.

Cura. Cura huiusmodi apatū est. si vētēr sit ꝯstipat⁹. pmo cū clisteri mollificatiuo de violis maluis mercuriali aq̄ ordei oleo violato colatura furfuris ⁊ cassia. Et si dz fluxuz ventris fiat sirupus de rosis siccis mirtillis sumach ⁊ pane de zuccaro. Deide si causa sit calida ⁊ particularia ꝯueniāt fiat flebotomia de basilica eiusdē lateris. ¶ Et si vlterius indigeas fiat de saphena eiusdez partis. Unde regula est q̄ vētre cōstipato vel multū solubili ⁊ laxo nō dz fieri flōmia. ¶ Itē plus iuuāt clisteria q̄z medicīe laxatiue p os in istis morbis. ¶ Itē nulla fiat ꝯ fortis eūatio ⁊ laboriosa: sz leuis ⁊ paulatina. vñ inter oia ꝓualet aq̄ ordei cū cassia fistula taz subtus clisterizata q̄z p os sumpta. ¶ Itē apate maturato ⁊ corpore exīte plectorico nō dent diuretica fortia nec mordicatiua. ¶ Itē nullo modo obmittatur aq̄ ordei ⁊ aq̄ zuccari vel iulep ⁊ aqua mellis: qr in mūdificatiōe sunt optima. ¶ Deide in cā calida fiat talis sirup⁹. ℞. portulace lactuce. z.i.s. seminū frīdorū se. papaueris albi dragāti se. malue liquir. mūde mucillagis psilij ordei dragāti. añ. z.i. fiat decoctio in sero caprino ⁊ in decoctiōe resoluat cassie mūde ⁊ tamarindorū añ. z.i. ⁊ det in auroza. ⁊ pruna possūt poni in decoctiōe si

voluerit medicus. ¶ Deinde fiat emplastruz. ℞. malue bismalue mucillaginis psilij coziandri recentis vel ꝓparati cum aceto mucillaginis se.citonioꝝ ozdei mūdi farine tritici olei de lino medulle vituli vel cruris bouis fiat emplastruz. Si doloz est vehemens addat se. papaueris albi ⁊ foliozuz iusquiami ⁊ locꝰ vngat cū oleo ro. ¶ Uel sic. ℞. vini albi lib.i.⁊ farine fenugreci lib.ʒ.assungie anseris.℥.i.olei violati.℥.ʒ.bulliant vinum ⁊ adeps anseris:et oleum violatū admisceat.vltimo addatur dicta farina:⁊ est optimū emplastrū ad maturandū apa renū ⁊ vesice ⁊ matricis. ¶ Itē a ꝓncipio apatis vapozet locus cū aqua infusa in aqua decoctionis flozū camomille flozuz melliloti seminis lini ⁊ oleo rosꝰ.ana.℥.i. ⁊ hoc fiat vsq; ad dies quatuoz ⁊ postea fiat dictū emplastrū. Et tunc vngant renes cū aueleon al'auetileon ⁊ camomeleon ⁊ oleo de lilio calefactis aliqualiter. dialtea optime maturat. ⁊ fiāt ista in augmento. Et cū venerit ad statuz fiat emplastrum de caricis.i.de ficubus siccis ⁊ malocb ⁊ aqua mellita. Uel fiat emplastruz de radice lilij semine fenugreci ⁊ semine lini oleo de lino ⁊ camomilla vel de lilio vel de aneto.⁊ B si doloz sit ibi magnus:qz omnia ista sunt anodina.i.mitigatiua dolozis.⁊ in declinatione addatur anisum et spica nardi. Et detur ad sozbenduz succus feniculi cum lacte. quoniā abstergit ⁊ mundificat. Idez facit serū caprinuz. ¶ Si igit maturatuz fuerit cuz rumpi tardauerit fiat tale emplastrū de gallis balaust].stafisagria cortice pineaꝝ aā.misceant. ¶ Item stercus caninū est in omnibꝰ optimum in cataplasmatibꝰ:qz flegmatica apostemata ⁊ melancolica siue interius siue exteriꝰ sint eliquat. ꝙ si de lacte caprino bibat omnes putredines vlcerum in vulneribus mundat.ista ponit Cōstantinus 7°:practice sue.ca.de apostemate renum. ¶ Rupto apostemate. ℞.casei veteris lib.i.decoquatur in aqua ⁊ in illa resoluat mellis.℥.i.⁊ fiat clistere mundificatiuū ⁊ abstersiuū. ¶ Si vero apostema collectionē nō fecerit.i.nō fecerit caput ad rumpēdum per saniem:flebotomet patiens de sapbena exteriori sub cauilla pedis.⁊ 3ª die post fiat ventosatio cū scarificatione.s.inter dozsum ⁊ renē. vel euapozetur latus cum lana ifusa in istis oleis. ℞. olei de camomilla olei de lilio anetino aā. quar.i.misceant cuz decoctione radicū altee radicuz lilij ⁊ radicū ireos.⁊ dicta lana infundat vel spōgia aliq̄.⁊ calida ⁊ cōpressa ponatur super renes. ¶ Dieta quo ad cibū sit sicut ozdeatum ⁊ auenatū amiduz spinachia attripliē lac amigdalarum brodium parue pulle. In casu suo non detur aqua nec vinū in apostematibꝰ renuz ⁊ vesice.aqua.s.frigida nullo modo nec in declinatiōe cōpetit.carnes etiaz nocent nec in colaticys ⁊ diuretica. Cōpetit ergo aqua ozdei ⁊ serum caprinū. ⁊ aquā mellis poteret tamen minus q̄ poterit. Balneū non competit nisi in declinatione vbi doloz sit intolerabilis: tunc enī oportet ꝓmo ire ad accidene:scilz in decoctione malue bismalue cortice papaueris. Et locus tunc emplastret cum farina ozdei ⁊ papaueris rosꝰ ⁊ modico opij. ¶ Si autez apostema esset frigidū de materia melācolica qō scitur:qz ꝓlongatur egritudo ⁊ vrina est alba ⁊ tenuis ⁊ sentit magnam grauedinem ⁊ pondus sine magno doloze ⁊ sentit quēdā stupozem ⁊ dozmitationē ⁊ maturatur:tunc virtute forti existente postq̄ cruditas aliquo modo fuerit digesta:pōt fieri modica flebotomia sub cauilla exteriozi pedis sinistri. Et locus debet inungi cū oleo nardino costino camomellino.⁊ emplastret cum caricis ⁊ radice lilij ⁊ fenugreco ⁊ semine lini.⁊ emplastret cuz armoniaco bdelio serapino. ¶ Et fiat sirupus de menta absinthio radice lilij rafani camedreos scolopendrie melonibus liquir.munda. vuis passis enucleatis zuccaro et melle et sero caprino et alys que digerunt melancoliā. Purgetur cum polipodio anisso sene epithimo sero caprino. Fiant clisteria cuz adipibus. Uitetur omne qō est fortis virtutis ⁊ omnis res laboziosa ⁊ angustiosa:⁊ iniungatur ociū ⁊ quies. ¶ Sed si materia sit flegmatica qō scitur per vrine grossitudinez ⁊ multitudinez maxime post q̄ digeritur: tūc possunt addi alia diuretica:sed in parua quātitate.⁊ purgetur cum turbith ⁊ polipodio ⁊ agarico ⁊ cum clisteri in quo ponat benedicta.⁊ fomentet cum melliloto camomilla anthos et flozibus vtriusq; sticados. ¶ Sed apostema vesice curatur cū flebotomia basilice sinistre in ꝓncipio.⁊ si transeat apostema ad septimanaz: tunc flebotometur de sapbena exteriozi sinistri pedis.nec est ibi febzis semper in apostemate renū:quia non pōt fieri ita libere euapozatio ad cozpis ratiōe sensibilitatis dolozis. ¶ Et si doloz fuerit fortis fiat euapozatio dicta superius de camomilla melliloto semine lini fenugreco ⁊ maturatiua ⁊ alia omnia sicut in apostemate renum. ¶ Tamen apostemate rupto. ℞. lib.i.furfuris ⁊ decoquatur in aceto ⁊ ponatur super locū apostematis.tamen a ꝓncipio vsq; ad tres dies liniat cū oleo cōmuni:deinde cum oleo de camomilla:⁊ non ponātur frigida neq; stiptica: imo cum semine lini lacte dulci ⁊ pane de simula frumenti emplastretur. Et post cū istud cum leuibus resoluetur fiat emplastrum:sicut cuz camomilla semine lini farina fabaruz cum rob.i. vino decocto vel cum succo vue mature per se inspissato. ¶ Tamē rupto apostemate de oleo violato ⁊ lacte ⁊ rosꝰ et camomilla cum aceto bullitis ⁊ farina frumenti fiat emplastrum optimū supra locuz apostematis.deinde fiat mūdificatio sicut dictū est in cura apostematis renum.

Doloz renum causatur ex humozibus calidis: ⁊ tunc est cuz punctura ⁊ siti. Et si sit ab humozibus frigidis: tunc est ponderositas et frigiditas nocens. ⁊ tempus anni ⁊ complexio dicta precedens arguunt hoc.

Cura. Et si sit a lapide ⁊ ab equitatione caueant et a caseo ⁊ a cibo viscoso sicut ab anguillis.⁊ a ventosis sicut a pisis ⁊ allys. ⁊ equitatiōe post prandiū super equo troctante.⁊ a coitu super cibum.⁊ a saltu ⁊ eleuatione onerum ⁊ a tensione balestraruz ⁊ a percussione ⁊ similibus. ¶ Cura in omni causa calida est centauream bibere cum aqua frigida. ¶ Itez trifera saracenica quottidie mane ⁊ sero exhibita salubzis est cura. Deinde inungātur renes cum oleo violato ⁊ butiro:⁊ post emplastrent cum semine lini ⁊ fenugreci decoctis in aqua ter vel q̄ter.hoc facto liberatur eger. ¶ Itez si causa sit reumatica caue a sirupo acetoso ⁊ huiusmodi aperitiuis. Deinde renibus fiat superficialis scarificatio.⁊ tunc renibus inunctis cuz albumine oui sinapizentur cum puluere sandalozum lactuce portulace rosꝰ. serico crudo minutim inciso semine apij semine feniculi ⁊ parum picis nigre. ⁊ stuppas canabinas minutim incisas superpone.⁊ non cadant donec cadat egritudo. ¶ In causa vero frigida renum fiat inunctio de camomeleon ⁊ oleo anetino vel vnguento de succo cepe pipere ⁊ veteri succo vel de pinguedine antiqua. ¶ Et emplastrum oxicroceum iuuat vbiq;. Aut. ℞.succi betonice vini aā.ouum plenum mellis coclear vnū piperis.gra.xi.contere simul ⁊ da bibere per tres dies: confestim enim sanat. sed mel prius sit dispumatum. vel renibus scarificatis ⁊ prius inungantur de melle despumato.⁊ locus sinapizetur cuz puluere feniculi petrosilij apij carui dauci zinziberis spice nardi thuris masticis ⁊ absinthij.⁊ prius stuppas superpone ⁊ non cadant donec cadit egritudo. ¶ De nefresi ⁊ doloze renum dixi prius:⁊ ideo recurre illuc ⁊c.